Sicut viri ꝛ mulieris ita semis ꝛ spmatis humanoꝝ idonea in matrice copula ad hoc vt generet̄ homo Requirit̄ in ea nempe cōmixtiōe naturali q̄si certamine si virile semē p̄ua let mas generat̄ si spma mulier sicut naturaliū philosophoꝝ Prin ceps Aristoteles atqꝫ Hippocrates Galienus Auicēna ꝛ i huius modi cathalogo merito magnus Albertus appelland⁹ disseruere. Electio aūt q̄ in hoc ꝯuenit vt Haly recte abenragel ꝯsiderauit est vt ponas ascendens signū masculinū ꝛ directarū ascensionū ꝛ an gulos ꝛ signa fixa ꝛ dominū ascendētis i ascēdēte vel in celi medio ꝛ ꝙ primus planeta qui trāsiuerit per gradū ascendētis i orizōte sit fortuna ꝛ apta luminaria q̄to magis poteris. In hac electione ꝛ maxime luminare tēporis nec sit fortuna in copiaꝫ anguloꝝ sit tn̄ ibi fortuna salua ꝛ fortis ꝛ cōuenit in hoc aspicere ad dominū ascē dentis ꝛ eū custodire ne infortunet̄. In nono mense ac tēpore cōce ptionis qm̄ illud tēpus erit natiuitatis ꝛ si eū custodire poteris ne infortunet̄ a septimo mense nec in decimo a conceptione. Melius erit quia natiuitas esse pōt in ijs tribus tēporibus supradictis vnō necesse est vt sit in istis temporibus fortunat⁹ ꝛ potēs ꝛ similiter lu minaria. Huiusmodi autē difficultates alieqꝫ quas astronomi in tractabiles quasi reliq̄re in nostro qui astrologie sūma dicit̄ libro

declarant. Itaq3 hoc in loco ijs ommissis ad cõceptionẽ ꝛ genera tionem iam alacriter accedamus

De cõceptione ꝛ generatione caput nonũ.

Equit̃ nunc vt de ipsis cõceptione ꝛ gñatione disputemus Itaq3 cõceptionis ꝛ generatiõis diffinitiõe ꝓhabita ab ac cidentijs animi merito ꝓmũ incipiẽtes: qd cõiugatis ꝓferat platonico qdẽ more: qui oportere dicebat eoꝝ q̃ dicunt: primo do cere vnũ q̃dq3 qd sit: libenti qdẽ animo recludemus. Cõceptio est vtriusq3 spmatis ad generandũ a matrice ꝯp̄hensio: qui in genera tione ẽ actus prim⁹. Generatio ẽ embryonis incoatio ꝛ est actus secũdus: quẽ sequitur impḡnatio: q matricis est actus terti⁹ q̃propter mariti ꝯplexiõis ꝓsertim sanguinee regulis quas in tractatu altero de inanitiõe ꝛ repletiõe ꝛ capl'o de coitu ꝛ attẽdendis in coitu carta ducentesima septuagesimaseptima ꝛ sequẽtibus docet sauonarolla regulent̃ hos maxime ad rationẽ hortor. nã ꝑ eoꝝ genijs effrenio res ꝛ quo sensus trahũt nisi rationis obice repellãtur faciliores ha bent̃. Colericis ꝑcipimus ne iracũdi seu dolosas curas deteriorũ conscij alto corde ꝓmentes. Flegmaticis ne somnolẽti vel desides. Melãcolicis ne inuidi tristes seu inaepte copulẽt At sobrij modera ti affabiles incõscij puigiles alacres saecuri leti ꝛ liberales. vnde ꝛ fecondior genitura ei⁹ q3 q̃litas sit venustior. huiusmodi aũt tẽpera mẽta cognoscunt̃ per signa q̃ Rasis docet in sui opis tractatu altero de cognitione ꝯplexionũ humani corpis qnq̃gintaocto continẽte capl'a. Quoꝝ primũ est de sũmis colligentib⁹ scientiã cognoscẽdi cõplexiões. Vltimũ est de aggregatione: quã necesse est obseruare in iudicijs ꝛ subtili inq̃sitione phisionomie Hec apiũ quasi laborẽ imittatus ita posui vt qcũq3 q̃ sibi iccirco fuerint opportuna possit faciliter ꝯpire. Interea si vis ex muliere habere ꝓlem masculã os vt in cõgressu sit ascendens signum masculinũ in rectis ascẽsionib⁹ ꝛ angulis. Et signa fixa ꝛ dominus ascendentis sint in ascendente: vel in medio celi siue i vndecima ꝛ q ꝓm⁹ planeta q trãsiuerit p gra dum ascendentis in orizonte sit fortunatus ꝛ oportet ad hoc apta re luminaria quãto magis poterũt ꝓsertim solem: nec sit infortuna in aliquo angulorum imo ibi sit fortuna salua ꝛ potens ꝛ maxime oportet dominũ ascendentis ꝓconsiderare ne infortunetur in nono

mense a tēpore cōceptionis q2 tūc posset accidere discrimē: τ nisi in
fortunabit in septimo. nunc in decimo a ꝯceptiōe melius erit q2 in
iis tribus tēporibꝰ supradictis accidere pōt natiuitas. τ peculiarit
tñ in nono ideo ad nonū mensem a ꝯceptiōe harū triū prima debꝫ
esse ꝯsideratio. Itē pconsiderandū ē ne dñs septie vel octaue domꝰ
ipūctorū pferti tpibꝰ ifortunēt nec aliq̄ꝫ mixtionē habeāt cū sigtori
bꝰ añscriptis atqꝫ cauēddū est ab ifortunis τ cauda. Meliꝰ aūt qd̄
eē possit in hoc Albaxath inqt vt sit luna i ascēdēte. In tertio sol τ
caueas tibi a via cōbusta τ apta venere quia si venus dānaret esset
dānū super matrē: τ si luna dānaret esset damnū in corpe creature
τ apta quintā domū τ eius dñum: τ ꝯuenit vt hoc fiat in horis ipa-
ribꝰ diei τ noctis sicut pma tertia qnta τ septima τc̄ τ si acciderit ꝙ
ascendēs sit libra eo existente saluo τ domino eiꝰ similiter libero q2
est signum rationale: bonū erit qñ medium celi erit cancer qd̄ est si-
gnum multorū filiorū: τ sunt significatores in signis masculinis
q2 hoc significat ꝙ ꝯceptio erit de masculis τ necesse ē. vt adiuues
te in hac re de factis nālibus q̄ fiunt p phisicā τ eoꝝ bonū est colligē
qd̄ ꝯuenit huic rei: q2 facta celestia ꝯplētur τ apparēt sm̄ ꝙ recipiūt
nostrae materiae τ scias ꝙ qñ planete sunt oriētales reputādi sunt
masculi τ qñ occidētales feminini τ illos qui fuerint in duabꝰ quar
tis masculinis reputamus masculinos τ qui in quartis duabꝰ femi
ninis: femininos. His obseruatis nauet insuper operā vir vt cum
femina: tū τ ipe maxime spma impellat queadmodū Rasis docet i
quinto tractatu caplō de iis q̄ valēt ad impgnandū qm̄ si secus fiat
discrimē iminet licꝫ sit mascula nō ꝯplete creaturae ꝓpter tarditatē
apertiōis oris matricis aut ꝓpter celeritatē: que tñ nō fuerit omni
no nimia qd̄ si sic esset nō mō creatura fieri impfecta imo nulla etiā
esset cōceptio τ ho c est cū vir nimis celer est ad effundendū semen
vel nimis tardus. Interea spma q̄ꝫto spiritu pōt matrix emungeat
subnixe patiētis q̄ sic maneat vl' i latere potissimū dextero iā haustu
pacto horula vna stratis obducta τ boni chimi mulier aromaticis
stipticis τ salutiferis cibis vescat: q̄s iopia si vetat eligēt siplices huiꝰ
mōi ēt ꝯmēdāt Odorēt i pmis cuminū mlieres vñ pliniꝰ tradūt qdē
faciliꝰ ꝯcipe eas q̄ odorāt cūinū p coitū deiñ bistōta hba cōcsta vtu
tē hꝫ ꝯfortādi ꝯceptū. crisipꝰ caucolidē siue caucalē hbā fenicl'o silē

breuiit uale ⁊ flore candido manducatā cōfectionib⁹ tradit cōferre.
vel si succū matrona nisi nauseā habeat biberit in vino ieiuna siue
ius decoctae. Nausee siqdem tanta vis est vt nauseatiui cibi licet ad
cōceptū suapte natura cōueniant tñ ꝓpter nauseam subuertunt. cō
tra vero ꝯcupiti a muliere cibi licet ad vegetandū nō sint ꝯuenien
tes embryonē tñ ꝓpter mulieri appetentiā fiunt vt plurimū ꝯueni
entes. Leporini testes a muliere post purgationē transglutiti iuuāt
ad ꝯcipiendum. Item ad iuuandū cōceptum fomentū fiat ex deco
ctione bertonicae fiatq; subpositoriū. Ad idē fiat electuariū ex ei⁹
puluere melle ꝯfectū ac sauina vl' cū vino sumpta frequēter. Et si tri
ta ꝑus matricis subdit ori. Ad idē insuper dosis mirabilis si amās
⁊ amata mulier nāq; omniū prim⁹ ꝯceptionis motus est amor na
turalis cū eodē amato viro copulet. Satirion seu saturion herba
est pluribus nota huius radices ad triū librarū pondus colligant
hora diei decia vel circa mensis ianuarij ⁊ in massam ꝯtundantur.
deinde in olla ponant de auricalcho. In co[illegible]opculo foramina de
cem vel circa habente. Intusq; cū predicta massa ponant. Lactis
vacini tunc emūcti ⁊ adhuc calidi libre.iij. mellis libra.i. vini aro
matici libre.ij. que omnia sic imposita simulq; mixta soli per decē
dies exponant huius dosis.ʒ.iiij. Mulieri post menstrui purgatio
nem datis ꝓxima nocte cōcipiet si copuletur. Obseruandū aūt est
ante oīa vt sit lunaribus mulier expurgata sin naturaliter saltē hoc
pacto. Sollequiū herba ē plurib⁹ nota. colligant hui⁹ herbe folia
flores radices mense iulij hora diei sexta vel circa ad pond⁹ librarū
vj. ⁊ radices bene mundent deinde pariter in massam cōtundant q̃
in vase ponant habēte sex foramina in tegmēto ⁊ soli exponant ab
hora diei prima vsq; ad eiusdē diei horam sextā. Idē fiat per dies
sex. Deinde imponant seui caprini libre.iij. coprocini sicci tenuissi
meq; puluerizati libre.iij. denuoq; ad solē ponant sicut prius seu
saltem per triduū. Cū aūt opus fuerit dosis q̃titas quā ministrare
volueris collet ⁊ exprimat. Tempus autē ministrationis est hora
diei sexta. Debita q̃titas est eius dosis.ʒ.bina tepefactae ⁊ mulieri
ministratae. Eo die menstruorū seq[illegible] ꝓfluuiū. Quo facto hac re
gula si volueris marem cōcipiet. ℞. succi artemisiae librā.i. fellis tau
rini librā sesq̄ q̄ distemperent ⁊ cū ꝓscripta Satyrionis cōfectione

misceant̄ in q̄ cōfectiōe vt puta tepefacta lana infondat̄ ꝺ q̄ ſipi ſub-
ponat mulier formas lōgas inſtar virilis mēbri crura coniūgēdo
quātū poteſt quas attrahcto ſpiritu ſurſū emūgat Hoc fctō ꝺ pre-
ſcripta potiōe bis vel ter bibat ſeq̄nti nocte marem cōcipiet ſi viro
copulet̄ eiuſdē doſis. ℥. v. ⁊ ſeſq cū cruore paſſeꝝ inmixto eadē ho-
ra miniſtratae venerē incitāt ēt in ſenibꝰ ꝑter modū appetitus aūt
huiuſmodi dextruet̄ ſi qd tū aliud ederit philocaptꝰ. Plinius de
Silueſtri ſcribēs cucumere putāt cōceptꝰ inq̄t adalligato ſemine
adiuuari ſi terrā nō attigerit. cuiuſcūqꝫ gali galinacei maxīe pugna-
toris teſticuli ſi cū galinacei ipiꝰ cruore lecto ſubiciant̄ cogūt cōci-
pe vel inuitas. Itez in libri vigeſimiq̄rti capitulo. xvij. carta ducen-
teſima q̄nq̄geſimaq̄nta vt liberi naſcāt̄ excellētes aīo ⁊ forma boni-
qꝫ Rurſus in eiuſdē Plinij libri vigeſimiq̄nti octauo capitulo car-
ta ducenteſima ſexageſimaꝑma nec non in libri trigeſimi cap. q̄rto
folio tricēteſimoq̄rto. Coeteꝝ hoc in loco de ijs hactenꝰ: Quoni-
am in libro noſtro ꝺ adoleſcētia vberius huiuſcemodi declarant̄
hic de maſculinitate ⁊ femineitate huic. ſ. capiti ꝑſentiſſima ordine
congruo ꝑcurramꝰ Utrūqꝫ itaqꝫ ſꝑma imixtū quoꝝ virile ad viri
muliebre ad mulieris foetū refferre ꝑſerti i ſexꝰ ſimilitudinē nititur
Titubās ceu ꝑmū. Deide ſi i dextra matricis ꝑte locat̄ vt plurimū
ſit maſculinū. Nā iter maſculinitatis cauſas eſt epar ꝑcipua vnde
calidiori ſinceriorıqꝫ ſanguie foetꝰ nutritꝰ ꝙ femina ſit accidit raro
nā rara imo rariſſima mlier tā calide ꝯplexōis ē: Quae frigido iux-
ta virilē nāꝫ viro nō ſit frigidior. hic ē ꝙ ſupfluitas idigeſta Iuuene
ꝑſti ſana celibe nubili nuptaue mēſtruati ſinglis mēſibꝰ expurgat̄:
ꝙ ſi maſculini ꝑſerti generis ꝑgnās ē ex foetꝰ calore geminato ⁊ ciba-
tiōe abſummit̄ ſupfluitas illa quae in viris haurit̄ vnico ꝓpo na-
turali calore q̄ ꝑꝑ cū mulier ad ſummū in q̄nq̄geſimo cōcipe ꝺſinat
viro in ſeptuageſimo poſſibile eſt anno generare ſꝫ quoꝝ patres ⁊
aui ſenes fuerit humiliores habēt memoriā ⁊ ratione: q vero pr̄es
⁊ auos in ſua generatione iuuenes habuerūt mēbra eis ꝑncipalia
fortiora ſunt ⁊ eoꝝ virtutes maiores vt in ſexto libro ꝺ ſciētijs ⁊ i-
tellectibꝰ ſine qbꝰ rectꝰ medicꝰ eſſe nō poteſt poſuit Raſis quo cir-
ca Democritꝰ mūdi virginē cauſaꝫ eſſe ꝑncipalē generatiōis oiuꝫ
eſſe cēſebat Hippocrates mulieres inq̄t q̄ multū dormire cōſueue

rūt supra dextꝝ lat⁹ vix pariūt foeminaz ⁊ viceuersa Empbedoc
les v̓o dicebat ꝙ differētiā maris ⁊ feminae nō loc⁹. ſ; q̄litas facit
matrici. Spma cadēs i matricē calidā formať i marē ⁊ i matricē ca
dēs frigidā formať i feminā causaz aūt hui⁹ caloris vl̓ frigoris mē
struū eē asseuerabat: qꝺ suo calore vl̓ frigore spma in eas mutat q̄
dictae sūt sexuū differētias. Democrit⁹ aūt opinat⁹ ē causā differē
tiae nō eē i matrice ſ; poti⁹ ꝙ spma descēdēs a mare sit huius causa
differētiae ⁊ hoc facere dicit differētiā inť marē ⁊ feminā: quā nihil-
omin⁹ opiniōez debilē ⁊ parꝝ ratiōis habētē asserit Albert⁹ magn⁹
Ego ab huiusmodi digressiōe iā absis. ꝓide si i leua mr̄icl pte vtrū
q; spma locať vt plimū sit femininū si v̓o nō absolute i dextram ptē
cōcesserit ſ; v̓gat paululū sinistrorsū. Mascul⁹ gigniť effeminat⁹ vi
rago aūt e cōuerso: ꝙ si tenuerit inť lat⁹ vtrūq; gigni creditū ē her
maphroditū virilis muliebrisq; sex⁹ pticipē magis vl̓ minus. ſm
dū spmatis origialis q̄litatē ⁊ locatiōez i matrice dextimā seu sini-
stimā magis vl̓ min⁹: Quas tn̄ situatiōes ꝓ sex⁹ varietate q̄litate at
q; pstātia penit⁹ eqdē haud ꝓbaueri nisi a dextro seu sinistro testi-
clo plus vl̓ min⁹ caliditate hebetudieue spmata cōplexiōata ⁊ per
glutita iūgāť ⁊ istaꝝ qdē nulla masculinitatis ⁊ femineitatl ē causa
pma ſ; causae sūt ad masculinitatē vl̓ femineitatē iuuatiue. Prima
v̓o ⁊ efficiēs cā vigor est spmatis bn̄ i caliditate cōplexiōat⁹ vl̓ debi
lis vnde mēbrū habet originē a q̊ reliq̄ ordiūť. Qꝺ est cor parifor
mitq; dicēdū ē de effeminato viragine ac hermaphrodito quorū
oīuz pma causa ē huiusmodi pncipiū actiuū vl̓ passiuū. Ideo cau-
sa masculinitatis ⁊ femineitatis q̄li semper est ſm dominās ⁊ raro
habet cām simplicē ⁊ qn̄ aequales sunt cōcurrentes causae ad igu
inū formatiōez: Tūc fit hermaphrodit⁹. Siliter aūt intuēti mihi
Tota ⁊ vera masculinitatis causa est in calore bn̄ cōplexiōatus sp
matis vigor ⁊ aliae cause que sunt i materia mulieris aut in matri-
cis loco sunt causae disponētes vel coadiuuātes ⁊ preparatoriae ⁊
ideo i leua ei⁹ pte sepe fit mas ⁊ i dextra sepe fit femina ſ; tunc talis
mas hēt aliq̄s ꝓꝑetates femiae ⁊ talis femia hēt aliq̄s ꝓꝑetatetes
maris qꝺ a lactātij quoq; opiniōe nō discrepat qppe qui dispares
nās hoc mō fieri putauit: dicēs. Cū forte i leuā vteri ptē masculine
semē stirpis iciderit marē qdē gigni opiatio ē ſ; q2 sit femiea pte cō
cept⁹ aliqd i se hēt femininuz supra q; dec⁹ virile paciať vl̓ formā. Ïi

gnē vl̄ nimiū ſ cādorē vl̄ corporis lēitatē vl̄ artꝰ delicatos vel ſtatu-
raȝ breuē vl̄ vocē gracilē vl̄ animū ībecillē vl̄ ex iis plura. Itē ſi pteȝ
ī dexſtiraȝ ſemē feminini ſexꝰ īfluxerit: Foeīnā qdē ꝓcreari ſȝ qm̄ in
maſculia pte ꝯcaepta ſit habe ī ſe qppiā virilitatī vltra q̄ȝ ſexꝰ ratio
patiat̄ aut valida m ēbra aut īmoderataȝ lōgitudīeȝ aut fuſcū colo
rē aut hiſpidā faciē a ut vultū īdecorē aut vocē robuſtā aut aīuȝ au
dacē aut ex hiis plura. ſi vero maſculium ī dextrā feminiuȝ ī ſiniſtrā p
tē puenerit vtroſq̄ȝ foetus recte ꝓuenire vt ꝛ feminis p oīa naturae
ſuae decꝰ ꝯſtet ꝛ marībꝰ tā mēs ī aīo: q̄ȝ ī corpore robur virile fue
tur. Maſculinū itēra ītelligēdū magis puto: qd̄ a dextro femininū
qd̄ a ſiniſtro ꝓuēit ſemen teſticulo: q̄ȝ ſecus. Eorꝝ hic mēini. Quae
lutiuꝰ iuniꝰ moderatꝰ collūella. In voluīe d̄ re ruſtica p̄cepit obligā
dū. vȝ. teſtē dextrū aut ſiniſtrū ꝓ gignēdis ex ſentētia marībꝰ aut fe
mellis qd̄ ī viris mihi qdē ridiclm videret̄. h igit̄ p̄termiſſo: Quae
ſūt iccirco rēliq̄ memoremꝰ. Albertꝰ magnꝰ q d̄ huiuſcemodi rei.
metaeuroꝝ q̊q̄ȝ. iiij. ē optīe meritꝰ ī libro d̄ aīalibꝰ nono tractatu. ij
caplo. v. carta. cxxxviij. ſic iccirco īqt. vȝ. Cā maſculinitatī ē aliqñ ſp
matī q̄litas aliqñ aūt m̄ricis locꝰ vel aliud qd eo adiuuās. ſi. n. ſub-
ſtātia cordis p̄mo patiat̄ molynſiȝ ꝛ poſtea ꝯfortet̄ ꝛ veniat ad di-
geſtiōeȝ calorī ꝯpleti īducet ſexū maſculinū ꝛ p modos medios īl
hos duos generāt̄ mlīeres viragies ꝛ viri effemiati. Si. n. materia:
ñ hobediat opāti pp ꝯplexiōem aliquā q̄ ē ī ipā. ſȝ tñ recipiat linea
tōnes ipiꝰ ꝛ mollit̄ ſm naturā humidi erit qdē mas q generabit̄. ſȝ
ī mlīis aſſimilabit̄ m̄ri ꝛ ſi ſpma pfecte mutet materiā a v̄tute: quaȝ
ſua ex pte hēt aſſimillabit ꝯceptū p̄ri. ſi aūt materia mutet̄ ī ꝯplexi-
ōe ſua ab ea q̄ȝ hȝ ex pte ſua vȝ ex corpoī m̄ris tūc accipiet cōplexio
nē caſualē: ꝛ tū cadet a ſimilitudine gn̄is ſui: ꝛ idē ē de mutatiōe ſp-
matis a cōplexione: quā hȝ ex patre; hoc aūt ex ſignis iis cōfirmat̄
qm̄ puer ꝛ ſenex pp hūorē ꝛ crudita tē frequētiꝰ generāt femias: ꝛ p
duras carnes: ꝛ p vētū borealē generāt̄ frequētiꝰ mares. Calor aūt
dȝ eſſe tēpatus ī generatōe: ꝛ ideo cōtīgit: qd̄ hn̄s ſpma ītēpate cali
dū nō generat ex muliere: cuiꝰ guta eſt ēt calida. Sȝ ex alia: cuiꝰ gu
ta ſperma ſuum ab intemperato temperatur calore et ſimiliter eſt
de femina in cōparatiōe ad virū: hic ē qd̄ antiquus romanꝰ mos d̄
repudiādis niſi nāe ſatiſfacerēt vxoribꝰ ī ꝓbādus oīo minie videt̄.

Amplꝰ cū dicimꝰ ſpma frigidū cauſat ⁊ facit feminā nō ſeqꝛ ꝓpt hoc.ꝙ ꝑ cōtrariū ſpma calidū ſemꝑ faciat marē ⁊ nūqꝫ feminā.ratio aūt eoꝝ q dixerūt ꝙ ſpma cadēs in dextrā matricis ꝑtē aut exiens a dextro teſticulo eſt ratio qdem nō vera ſꝫ tñ in aliquo vitatis cauſae ꝓpinq̄ eo ꝙ pars dextra eſt magis calida ſꝫ error iſtoꝝ fuit in hoc ꝙ remotā ponebāt cauſaꝫ eē rei ꝓpinquā ⁊ cōuertibilē cū re ipa cauſa aūt ꝓxia huius ⁊ eſſentialis debet q̄ri in principio paſſiuoˀmateriali ēbryōis ⁊ i pricipio opatiuo qđ ē in ipo: qñ enim materia q̄ generat ē digeſta ⁊ calida ⁊ ꝑcipiū effectiuū ſit digerēs ⁊ calidū ꝓporcionalr. Tūc frequētiꝰ generabiť mas cōpletꝰ ſi aūt materia fuerit inobediēs aut ēt virtus actiua fuerit đbilis generabit qdem ad eā ſpeciē generatū ſed nō cōpletū ⁊ aptabit ei inſtrumēta nō cōpletae generatiōi cōueniētia ⁊ hec ſunt matrix ⁊ vulua cū aūt ſpma mouet ⁊ reuoluit materiā ſiue ſit oīo hobediēs ſiue ñ primo format principale mēbꝝ cuiꝰ cōplexiōeꝫ oīa alia ſequūť et ab illiꝰ cōplexiōe poſtea formāť teſticuli ⁊ vaſa ſemiaria ſexus maris vł feminae eo ꝙ vaſa ſeminaria ſecūda ſunt i principalitate ſub corde qppe qđ oībꝰ ē principaliꝰ ipm aūt generať neceſſario pp aliquā cōplexiōeꝫ ⁊ ſi illa ē debilis cruda ⁊ huida āt ſi genereť calidū ⁊ ſi cū primo poſtea venerit aliqd ipm imutās ad cruditatē āte q̄ꝫ alia membra formēť. Tūc a corde ꝓcedit alia diſpoſitio ſexꝰ femini i vaſa ſeminaria i totū corpꝰ Per ꝯtrariū aūt modū ſe habet i maſculinitate đ q̄ qdē ac emineitate ſic dicimꝰ ꝙ q̄uis calor dextrae ptis ⁊ calor matricis auxilieť ad maſculinitatē tñ haec nō ē vniuerſalis cauſa ſexꝰ huiꝰ i cōcaepto ſecūdū hoc i eadē matrice eiuſdē cōplexiōis nō ſimul generareť mas ⁊ foemina quoꝝ mas diſtictus erit a fortitudine alicuiꝰ virtutis ⁊ foemina cauſabiť a đbilitate eiuſdē virtutis ſecūdū hoc dicimꝰ ꝙ ſpma virtuoſū potēs bñ materiaꝫ cui aduenit digerere ac terminare ꝑ formatiōeꝫ q̄ eſt i ipo q̄ generatiōis eſt pricipiū erit ꝓculdubio cauſa maris i cōcepto Dico aūt pricipiū nō materiaꝫ ex q̄ erit corpus i ſimilitudine generantis ſꝫ potiꝰ pricipiū mouēs ⁊ formans materiā ſi.n.huiuſmodi motū pōt ꝑ ſe pficere aut adiutorio quorūdaꝫ alioꝝ ita ꝙ ipm ſit opans ac terminans Materia.n.foeminae q̄ deſcēdit ab ipa ē q̄ſi patiēs ⁊ nō agēs ſi aūt ſic ē ⁊ ſic eē iaꝫ ſcimꝰ ꝙ bñ digeſtū ac terminatū nō

ꝙ Mares ĩquãtũ mares sint calidiores feĩnis ĩ quãtũ sunt feĩne cã
Itaqȝ ꝓ certo ẽ: ꝙ qñ id qḋ ẽ ꝑmũ ⁊ ꝑncipiũ mot⁹: cui⁹ mot⁹ ẽ dige
rere ac terĩnare ⁊ formare mãm ꝯcepti ẽ ḋbile ⁊ vicere mãm ꝑfecte
nõ poterit eo ꝙ ḋbilitat̃ ĩ digerẽdo ꝑꝑ ĩbecillẽ calorẽ quẽ hẽt ⁊ nõ
poterit ad formã formatiue q̃ ĩ ĩpo ẽ formare Embryõez. necessa-
rio mã ꝯcaepti trãsmouet̃ In alij qd ꝯtrariũ ꝑmo formãti ĩ eadem
specie tñ existẽs. hoc aũt nõ ẽ nisi ꝯplexio feĩnae Qr feĩna ꝯtrariae
ꝯplexiõis ẽ mari. id. n. qḋ ẽ ĩ mr̃ice ꝑꝑ formae vnitatez erit necessa-
rio aut mas aut feĩna: Qr ij duo sexus diuersas hñt v̓tutes oportet
necessario: ꝙ ĩstrumẽta v̓tutib⁹ ꝯtrarijs respõdẽtia sit diuersa. Sꝑ-
ma fortiori v̓tuti qḋ ĩ marẽ format mãm Dat necessario mẽbꝝ cõ
uẽiẽs coitui masculio ⁊ sꝑma ḋbili⁹ format mãm: cui dat mẽbꝝ cõ
uẽiẽs coitui feĩnino. Sic igit̃ ḋterminata cã differẽtie sex⁹ ẽ ꝑma v̓
tus q̃ ẽ ĩ mẽbro ĩ quo ĩter mẽbra ꝑmũ ꝑncipiũ ẽ caloris nãlis ⁊ vi
talis haec. n. ẽ cã ꝙ termĩatio ⁊ formatio cordis ẽ ante terminatio-
nez ⁊ formationez aliorũ membrorũ taz in mare quaz in foemi-
na In animalib⁹ autez corde carentibus ꝑmũ format̃ mẽbꝝ qḋ ẽ
cordi couẽiens ⁊ obtinẽs vicez ĩpius oportet. n. ꝑmo esse causam
maris ⁊ feĩnae Ante q̃ȝ haec fiat sex⁹ differẽtia. Differentia. n. mari
⁊ feĩne nõ est nisi ꝓpter differentiaz eorum membrorũ q̃ coitui ser
uiunt ⁊ sic ista membra coitus cũ sint de secundis post cor forma
tis principiũ suae facturae accipiunt a corde ⁊ virtutez sex⁹ quaz
a corde accipiunt diffundunt in totũ corpus. Sic itaqȝ cũ semen
maris fuerit vincens perfecte ⁊ hobediens fuerit omnino materia
q̃ est ex mare Tunc concaeptus erit similis patri qui conceptum
tucit ad formam q̃ a virtute patris est in ipso. Cũ autem fuerit vic-
dus ex in hobedientia materiae aut ex propria debilitate. Ibit in
generationem ad formaz contrariam hoc est ad similitudinez ma
tris quia foemina naturaliter est contrariae complaxionis mari.
Mas enim inquantũ est mas est calidior foemina eo ꝙ calor vicit
cit in forma maris cuius amplius pars dexstra ẽ calidior sinistra.
Ideo pleriqȝ sunt opinati: ꝙ sperma dexstri testiculi in matricae ip
causa prima masculum generans quia calidius est coeterum faca
liter hoc potest impediri ⁊ frequenter impeditur eo quia emissio sꝑ
matis in coitu fit diuersis in pulsibus ⁊ non vno ⁊ in aliquo matr-

cis loco ꝓpellit̃ ſpma qđ effũdit̃ a dextero. aliqñ aũt expellit̃ id qđ
eſt a ſiniſtro ⁊ aliquãdo effuſuꝫ ꝑmixtum eſt ex vtroqꝫ. Cauſa igit̃
differẽtie ſexus quaſi ſemper eſt ſm̃ ꝓualens: Quae naturae ꝗdem
arcana. vt nos aptius oſtendamus: carneꝫ ſciendũ eſt queꝫ calor
coagulat ex denſo ſauguine generari adipẽ ex eius vero aquoſitate
ex quibꝰ corde epate cerebro teſtibꝰ ⁊ vmbilico genito ſpumoſati
incipit fieri ꝯglobatio quaꝫ ita circũclaudit̃ matrix vt ea illeſa vel
acus quidẽ ingeri negret: Qđ cũ multifariaꝫ poſſit cõiectari vt in
caplĩs ꝯtinet̃ Auicẽne de ſignis ĩpregnatiõis atqꝫ de pulſu cordis
carta. cclxxxiij. necnõ Sauonarolae nr̃i: caplõ de ſignis ꝑ̃gnantiũ
carta. ccxciij. atqꝫ Alberti magni de ſignis imꝑ̃gnatiõis iã factae: ⁊
formatõe ꝯceptꝰ carta. cxxix. ⁊ ſequẽti caplõ de ijs q̃ frequẽtiꝰ acci-
dũt in ꝑ̃gnat̃ folio. cxxx. atqꝫ etiã Plynij libro. vij. caplõ. vj. de cõ
ceptibꝰ ⁊ ſignis ſexus in grauidis pertinẽtibus ante partum carta
lxxvj. Praeterea in libro diuiſionum Raſis: capitulo de ſignis
impregnationis: atqꝫ Michaelis ſcoti in capitulo decimoquinto
vbi ſigna ponit mulieris grauidae carta vigeſimaquinta. Quippe
quae carmine cecinit Egidius elegãti. Ante omnes aũt Hypocra
tes ſic memoriae ꝓdidit in aphoriſmis. Mulierẽ inquit ſi vis ſci-
re ſi cõcepit. Mellicratum quando dormitura eſt da ei bibere: ⁊ ſi
tortiones habuerit circa ventrem concoepit. Si vͦ non non con-
coepit. Poſſem in huiuſmodi virorũ illuſtrium quaſi cathalogo
Ariſtotelem Galienũ Cornelium celſum iccirco viros atqꝫ cõplu
res alios: necnon Halim aſtrologum memorare. Sed ne capitis
modũ pretercam: omittã: Tum ex hoc maxime ꝙ manifeſtum ſi-
gnum ſcimus: cũ mulieris oculos ſubobſcuritas quaedaꝫ inuadit
ſtomachũqꝫ ciborũ faſtidium ac redundatio. Primũ aũt omniũ
ſignũ eſt cũ poſt coitum mulieris natura ſcatentibus abſqꝫ humi-
ditatibus remanet quaſi ſicca: ⁊ cuꝫ mulieri ſtatim accidit pigritia
tarditaſqꝫ: ⁊ ad ſomnuꝫ declinatio ⁊ arctatur matricis os. poſt vͦ
dies aliq̃s mãmae pupilla denigrat̃: ⁊ appetitꝰ inordinati cauſant̃
nauſea vomitus: ⁊ apparet color extinctꝰ in facie ⁊ pãnꝰ ⁊ fit pru-
ritus ⁊ calor maior in fundo veſicae: in ore matricis ⁊ in interiori-
bus labijs vuluae: ⁊ fiunt reſolntiões vrinae albae inſtar bõbacis
carminati. Color aũt in facie. ut ſupra diximꝰ. fallit aliqñ. Hypo-
crates. Mulier ſiqdẽ dicit quae maſculũ cõcoepit bñ colorata eſt.

Si vo foeminā discolorata. Certa ꝑterea est mulieris impᵹnatio
cū mel distēperatū cū aqua bulliente potui tepidū dederis quaꝫ si
erit impregnata tortio vētris inuadet. Sin autē cursus ꝑinde citaṫ
menstruoꝝ. at huiusmodi discrimē nequaq̄ꝫ nisi in adultera vxore
volueri faciendū. nēpe plurime aliae securae sunt cōceptionis cer-
tissimae cōiecturae videlicꝫ cū in colli fonticulo vel circa pulsatilis
quasi quidā ſpiritus tremit ⁊ cū mēstrua nulla interposita alia cau-
sa reprimunṫ qđ ab embryōis quidē calore ⁊ alimēto causaṫ. ideo
humanū statim animal natū nō gradiṫ. Nā in vtero caeterorū dis-
simili mēstruato sanguine alimēiaṫ. Inꝑmis aūt matricis fomēto
sperma magis atq̄ꝫ magis augescēs indies: virt⁹ incipiēs digestiua
ꝯdēsat. Qđ ne supfluitates corruptibiles immisceāṫ crescēs pariṫ cir
cuit secūdina cui⁹ qdē spmatis reliq̄ ptes frigidae. s. ⁊ siccae i osseā.
frigidae ⁊ hūidae i flegmaticā. calidae ⁊ siccae i colericā. calidae ⁊
hūidae i sanguineaꝫ viuificanṫ sbaꝫ transeūtes. Hic sciēdū ē singu-
los hoies ꝑ eoꝝ natur̄ cuiuscūq̄ꝫ tꝑamēti pticipes magis vl' min⁹
Ast eos flegmaticos aut colericos melancolicos vl' sanguieos nū
cupam⁹ q plus flegmae min⁹ colerae ⁊ sic de singul' i vtero sortiūṫ.
naꝫ aliud: aliud ꝑ quantitate maiori vt mai⁹ lumē offuscat min⁹ cō
cipit. ⁊ inīdū si valde supabūdat tꝑamentū absumit. Quippe q̄ me
dullit⁹ ꝯsiderās Auicēna ꝯplexiones h̄ē tꝑamēta. ix. ē opinat⁹ et
eo vel maxie: q̄ sūt hoies quos ꝑ aeq̄li siue paululū ꝑstantiori tꝑa
mētoꝝ pticipio neq̄ꝫ flegmaticos neq̄ꝫ colericos neq̄ꝫ sanguineos
nec melancolicos veꝝ ꝑmiscui tꝑamēti aut magis flegmaticos q̄ꝫ
colericos seu melancolicos q̄ꝫ sanguineos ⁊ sic ecōuerso de singul'
appellaueri. Interea ꝯpl'oes vulgares breuiṫ hijs v̉sib⁹ depȟēdūṫ
¶ Et ꝑmū de sāguinea. Larg⁹ amās hilar̄ ridēs rubeiq̄ꝫ coloris
Cantans carnosus satis audax atq̄ꝫ benign⁹. ¶ De melancolica.
Inuid⁹ ac tristis cupid⁹ dextraeq̄ꝫ tenac̄ Nō expers fraudis timid⁹
luteiq̄ꝫ coloris. ¶ De colerica. Versut⁹ fallax irascēs ꝓdig⁹ audax
Impi⁹ ⁊ g̃cil' sicc⁹ croceiq̄ꝫ coloris. ¶ De flegmatica Hic sōnolē
t⁹ piger i sputamie mult⁹ Est hebes huic sēsus piguis facies color
alb⁹. Joannes aūt iccirco i aphorismis dic̄ damascen⁹. Ex diūsita
te spatioꝝ regionū variari q̄ꝫ ꝯpl'oes ⁊ vitia naturae, de q̄ q̄dē sic i
tc̄tatu de hūana nā: phisycoꝝ ꝑm⁹ recte ingt Hypo. Mūaṫ i anno
q̄nq̄ꝫ hyēs. q̄nq̄ꝫ ver. q̄nq̄ꝫ estas. q̄nq̄ꝫ autūn⁹. fit silr̄ i hoie i q̄ q̄nq̄ꝫ

dominat flegma: q̄n̄q3 sanguis q̄n̄q3 vero collera que duplex est v3 rubea ꝛ nigra dicta testimoniū aūt manifesti⁹ iccirco si volueris eidē hōi dabis pharmacū vomicū ter in anno vomet hieme flegmatice vere humidissime estate collerice autūno vero nigerrime. Auicenna signa ponit ꝯplexionū huiusmodi doctrina tertia: tertioq3 ca de signis cōplexionū carta trigesimasecūda. Item Albert⁹ magn⁹ in libꝛo de aīalibus caplm notabile cudit. De cōplexionib⁹ hūoꝝ carta ducētesima q̄dragesimaq̄rta: quo recurrēdū vt huic loco iam manū iponā est pamentoꝝ remitto studiosos quoꝝ eqdē optimu3 sanguineū pessimū vero huic oppositū diffinio melancolicū. Interea siq̄s iccirco nō sibi penitus putet satisfactū. Is vtrūq3 consulat Michaelē i suoꝝ opū plurimis locis p̄cipueq3 Sauonarollā carta q̄nta. nec nō pꝛincipē medicoꝝ Auicēnā carta p̄ma p̄mi libꝛi doctrinaq3 secūda ꝛ alibi. Itē Galenū vbi signa ponit ꝯplexionū naturaliū totius coꝛpis ꝛ mēbꝛoꝝ p̄ticulariū nec nō p̄mū tegni atq3 Auerrois vberrimū flumē quarto. col. ꝛ in ope p̄sertī3 de ꝯsolatiōe bonū mesuē Petrū tussignanū Joānē parmēsē atq3 reliq̄s iccirco phisicae idōeos ꝓfessoꝛes q̄m de hac re oēs: q̄ppe q̄ magnū momētū habet in microcosmo disseruere. Medicinas aūt dictoꝝ humorū digestiuas docet almansoꝛ nono. sup quo receptas vtiles oꝛdinauit egregius artiū ꝛ medicinae doctoꝛ petrus de tussignano. Propter a me iā ꝯgruit ad alia ꝓpantē iccirco tē pare. ne q̄ vulgatissima sunt a nostre sectae studiosis ignoꝛari oīo videar credidisse.

¶ De aboꝛsus causis ꝛ cautellis. x. caput

Conceptione interdū aboꝛsus p̄sequit̄ maxime cū ei⁹ causas p̄gnās ignoꝛauerit. Igitur aboꝛsus diffinitiōe p̄posita vbi eius cause dep̄hendant̄ nō q̄ sint eqdē indicabo scil3 ab eis vt longe p̄scitis ab aspide tanq̄3 caueat sibi matrona. Aboꝛsus breuiter nihil aliud ē nisi ꝯceptiōis destructio: cui⁹ qdē causas vterq3 in suis caplis de aboꝛsu explicāt Auicēna nosterq3 Micahael q̄s eqdē ꝓpallare nisi ad bonū necessitate cogente nequaq̄3 ꝓbaueri3 Quare vaniloquos tanq̄3 humanae naturae rebelles exoꝛgi3o de huiscemodi reb⁹ nisi vꝛgēte genio ne vel hijscere sint ausones. Interea necessario siqdē dixerim q̄ matrona sibi caueat ab excessiuis leticiae maximeq3 tristitiae passionib⁹ cuiusmodi exēpla tū pꝛisca tum moderna plurima posse3 referre. Sed ne histoꝛiae rectū nostre cur

sum īpediā vnū tm̄ ac speculū in quo speculent᷑.ne f. bi simile qd ac-
cidat memorabo. Nēpe excessiue passiōes:licet cōmēdabiles inter
dū videant᷑:tn̄ qm̄ cū libitina magnā hn̄t necessitudinez lōge velim
euitent᷑. C. Caesaris filia q̄ cū Pompei magni ꝯiugis sui vestē cru
ore respsam e cāpo domū rellatā vidisset.territa metu q̄si exanimis
cōcidit partūqꝫ:quē vtero ꝯceptū habebat subita animi ꝯsternatiōe
⁊ graui dolore eicere coacta est.atqꝫ ita simul expirauit Aditū sibi
ad vita cariorē virū inueniēdū nō surda morte ministrāte. O rarū
erga virū pientissime mulieris exēplū fama dignū imortali Hippo
crates. Mulieri inqt in vtero habenti. si multū fluat vēter piculū ē
abortiendi. Itē mulieri in vtero habēti si subito mamille graciles fi
ant timendꝰ est aborsus Rursus mulieri geminos ait i vtero hn̄ti.si
altera mamillarū gracillis fiat. Alterum abortiet ⁊ si austrina sit ac
pluuialis hyems ⁊ tranqlla fiat. Uer vero siccū ⁊ boreale. Mulie
res qbꝰ partꝰ inest ad ver ex oi occasiōe abortiūt. Si vero genuerit
imbeciles erūt infantes. vt aut stati resoluant᷑ aut tenues ⁊ morbidi
viuāt existētes alijs minoribꝰ qdē dissinterie ⁊ ophtalmie sicce fiūt
Itē q̄ p̄t nāz tenues existētes ꝯcipiūt abortiūt p̄us q̄ꝫ grossecāt. Itē
mulieri in vtero hn̄ti si lac sit ex mamillis multū fluēs foetus debil'
significat. Si vero vbera dura fuerit sanū significāt. Itē q̄ cūqꝫ cor-
rupture sunt foetus ijs vbera gratilia fiunt. Si vo rursus dura fiāt
dolor est in vberibꝰ aut i vtebris aut in genibꝰ aut in oculis ⁊ non
corrūpūt. Sciendū interea est ꝙ Bartholomeꝰ de mōtagnana cō
siliū notabile dat de ꝓhibitiōe aborsus. Itē de p̄seruatiōe aborsus
atqꝫ insup ō p̄seruatiōe ab aborsu in muliere q̄ an̄ abortiuerat puel
lā ⁊ de imoderato fluxu mēstruoꝝ alborū quo circa nōnulla etiāz
notabilia cudit capl'a rursusqꝫ de ꝓhibitiōe aborsus cū opus fue
rit valde notāda. Ittidē in p̄stāti ope suo Antoniꝰ facit guayneriꝰ
qppe q iccirco sequētia q̄qꝫ capl'a plīma ⁊ ea qdez cudit notabilia
vt in opere practhicae suae est legere. Iccirco p̄terea ita inquit Ar
stoteles. Mulier q̄qꝫ dolorosa ⁊ infirma imp̄gnari nō pōt ⁊ si imp̄
gnat᷑ foetꝰ corrūpit᷑ Isidorus semē inqt tenue locis muliebribꝰ nō ad
beret ellabit᷑.n.nec vi hꝫ adherēdi si ſtr crassum vi ginendi nō hꝫqr
muliebri sangi se misceri pp nimiā ei valet spissitudinē. Si vo miscet
qd raro accidit ob leuē q̄cūoccasionē aborsū patit᷑. Pretera i q̄rta
nālis speculi pte ifrascripacapl'a cōtinent. de aborsu vꝫ ⁊ foetꝰ cor-

ruptiõe. De diuersis aborsus cãis. De signis aborsus ⁊ difficultatis
partus ad q̃ cũ necessitas vrgebit vt hinc euolẽ pitũ remitto lectorẽ.
¶ De ꝓpinq̃tis aborsus cõiecturis ⁊ remedijs caput. xi.

X aborsus lethiferis vorticibꝰ ad puer perioꝝ portũ. iã vellis
e ĩ altũ datis allacriꝰ trãsfretantes iccirco singula siue ꝓbata siue
nũq̃ ãtea memorata pãdemꝰ. Itaq̃ nobis ꝑus ẽ de ꝓpiq̃tis
aborsꝰ ꝯiecturis agẽdũ. vt ide remedia ꝯsciẽtiꝰ mistremꝰ ope ꝑtiũ in q̃r
ta specli pte nãlis ĩfrascripta capl'a cõtinẽt de abõsu vʒ ⁊ fetꝰ cõruptiõe
de diuersis aborsꝰ cãis. De signis aborsꝰ ⁊ difficltatis partꝰ vt ĩ supiori
q̊q̃ capite mẽorauimꝰ. Aborsũ ꝑterea ꝓpinq̃tẽ signi ꝑgnãtis egrota
tiões ⁊ vacuatiões mẽstruoꝝ ex sudatões doloꝛs ĩ mr̃ce frequẽtes fetꝰ
mobilitas debil' ⁊ ĩportũa rigoꝛ ĩ femore appitio lactis ex mãma cũ ex
ꝑmit ĩ ꝑmo mẽse ꝯcepꝰ mãme ꝺtũescẽtia rubedo ĩ facie gũedo ĩ capite
⁊ ĩ toto corpe lassitudo nec ñ q̃ ĩ ope ꝺ aĩalibꝰ libro decio tractatu alio
ca. ij. carta. clxi. scribit magnꝰ Albertꝰ vbi foetꝰ ẽt mortẽ ĩ mr̃icẽ demõ-
strat. s. qñ ẽ mobil' ⁊ fert de loco ĩ locũ. sic lapis ⁊ ꝙ latꝰ mlieris qñ iacet
sr̃ ipʒ ĩfrat sine cã exteriõi ⁊ qñ ꝺtũescit mãilla ⁊ qñ fluũt ex mr̃ice hũi-
ditates virulẽte ⁊ fetide ⁊ ꝑcipue sĩ ꝑgnãte ꝑcesħit egrotatões acute ⁊
cal'e igbꝰ si ꝓhibet cibꝰ ꝑgnãti morit foetꝰ si ꝟo mistrat mr̃i febris au-
get ⁊ ipa erit ĩ ꝑiculo qꝺ aborsꝰ qdẽ maiꝰ ẽ in ꝑmo mẽse vsq̃ ad q̃rtũ ⁊
ab octauo vsq̃ ad natiuitatẽ. Jꝺo ꝯiugati eis tꝑibꝰ a coitꝰ ĩmoderãtia
se debẽt abstinẽ atq̃ a ceteris aborsũ rebꝰ cãntibꝰ. nã ligatio qdẽ fetꝰ
ĩ mr̃ice silis ẽ ligatiõi fructꝰ ĩ arbore qppe q ĩ ꝑmis ⁊ vltimis mẽsibꝰ ẽ
facil' casus. in huiꝰ mõi aũt cõputatiõe duas aborsꝰ cãs iudico ꝑncipa
les ab exteriõibꝰ vʒ ⁊ ĩteriõibꝰ q̃ ps vtraq̃ ẽ plrifaria cui qdẽ sic a ꝯrijs
auxiliamur vt Auicẽna ꝑcipueq̃ nr̃ Michael ĩ capl'is de ꝯseruatiõe
ẽbryõis ⁊ aborsꝰ cautell' diligẽtissime docuerũt ĩ ope aũt de aĩalibꝰ Al
bertꝰ iqt magnꝰ qñcũq̃ lenia sũt duo labia vulue ẽt pꝰ q̃ʒ iã ꝑ aliq̃t dies
semẽ ꝯceptũ ẽ. signũ ẽ: ꝙ creatura excedet. q: iã ĩcipit apiri matrix ⁊ ã-
mitter: qꝺ sbtiliꝰ erat semis ꝑꝑ qꝺ mlieres ĩ talibꝰ ex pte volẽtes retinẽ
semẽ ꝯceptũ. vngũt labia vl'ue ꝑmũ pice liqda eo ꝙ mr̃ix fugit: odorẽ
fetidũ pici ⁊ exaltat ab ipa ⁊ ĩ exaltatõe sua ꝯhibt ⁊ claudit orifitiũ oris
ipiꝰ sʒ h̄ ñ ẽ faciẽdũ nisi pꝰ q̃ʒ semẽ ꝯceptũ ẽ ꝑ qnq̃ vl' sex vl' septẽ dies pꝰ
vnctiõeʒ aũt picis liqde vngũt olibão. absinthio ⁊ cerusa ĩ oliue oleo
dissolutis eo ꝙ oĩa h̄ sicca st valde ⁊ sua siccitate opant ĩ matricis clau
surã. Pliniꝰ h̄inaccoꝝ cinis cũ oleo. s. cõuni ꝑũctaꝝ custodit ptꝰ ꝯtra

abõsus. īueniūt ⁊ ī gmine ỽmicl'i:q collo alligati ꝯtinēt ptū. Detra
hūt aūt alit e:iti nõ patiūt. cauēdū ē ne p⁹ vsū ī terra deiciāt. ꝑtea la
pis aethites ī aqle nido reppt⁹ custodit pt⁹ ꝯ abõsus īsidias itē mu
lieri ꝑgnāti a pectore hye ne caro ⁊ pilli septē a ceruice ⁊ genitale si
alligēt dorcadis pelle collo suspēsa ꝯtineri pt⁹ ꝑmittūt. credit īsup
cīgulū ex pelle ceruia a ꝑgnāte circa se latū s̄r q̊ iteri⁹ ea. s. pte q̄ carni
adhebit sequētia ỽba sint scripta r̄medio eē ī aborsū vꝫ fluxū sāguis
nõ patiet̄ sꝫ erit tāq̄ꝫ lignū qd̓ plātatū ē sec⁹ decursus aq̄ꝝ qd̓ fructū
suū dabit ⁊ suū foliū tp̄e iportuno n̄ d̓fluet ⁊ oīa q̄cūqꝫ fecerit ꝓspa
būt. Jsidorus iccirco limacā dicit vterē lapidē ī capite minimū ha
bꝫ albi coloris nobilissīeqꝫ ỽtutꝭ quē siqs īgrere voluerit obſuet cū
sol ⁊ lūa fuerit ī signo igneo seu tēreo potissimū ī estate quē si ꝑgnās
mlier s̄r se t'lerit n̄ abõtiet. rurs⁹ idē ait autor ꝙ rane magne cinis lat⁹
ad ʒonā a ꝑgnāte valđ r̄tinet fluxū mēstruoꝝ. īs̄r canin⁹ cruor sicc⁹
a ꝑgnāte occlte lat⁹ īscia valē credit ꝯ abõsū. ceteꝝ ī pt⁹ tp̄e deponat
tēra ītacta qd̓ ī oīb⁹ qdē q̄ lata sit vl' ferāt ē obſuādū. ad idē valē sūt
q dicāt argētū a puēꝑis parib⁹ m̄dicatū: q̊ fieri possit ī lune coitu se
milunula a ꝑgnāte dīn ad collū lata idē vt aiūt fac̄ argēte⁹ ānul⁹ fru
stati silr ꝑ⁹ q̄ꝫ fieret mēdicat⁹ ī q̊ scripta seu cellata poti⁹ iteri⁹ mago
rū sit noīa vꝫ Gaspar Baldasar Melchior qd̓ nisi faciet a mortis
saltē discrimīe d̓o dāte puerpā ꝑſuabit. ī aborsū īsup pl'ia in libro q
paupū thesaur⁹ appellat̄ r̄media ꝯtinēt ca. seu ptic'la qn̄ mlier neqt
filios tenēr vsqꝫ ad pt⁹ ꝯplemētū ⁊ qn̄ neqt r̄tinēr spma qd̓ a ỽo ꝓce
dit carta ī meo qdē. xci. q̊tta āt ap̄ se sit eūdē qlibet vt facil'r possit r̄p
perire nūerū notet. qd̓ sic ī libris oīb⁹ de qb⁹ ī hui⁹ mōi n̄ro reppto
rio mētio fit veli faciēdū Repperi ꝑterea īq̊dā veteri codice scriptū
ꝙ ī q̄cūqꝫ habitatiōe nomē vl' imago fuerit diue ỽginis dorothee ī
tās ibi null⁹ aborit̄ ⁊ ab iguis ꝑcipue ꝑicul' erit ⁊ repētina nece secu
rus qcūqꝫ. s. ei⁹ vigiliā legitie ieiunauerit ⁊ ad ipi⁹ honorē q̊tidie fi
dēter dixerit vl' ad missā ꝑcipue dicere fecerit orōnē īfrascriptā oīpo
tēs eterne de⁹: ī cui⁹ noīe ỽgo ⁊ martir dorothea multoꝝ tormētoꝝ
gnā supauit Te supplices exoram⁹ vt ei⁹ mēitis ⁊ miſcordie ꝑmu
tuae grā cūcta pericula vincam⁹ ⁊ abortiua ac sbitanea morte liber
mur Jpsāqꝫ in necessitatib⁹ n̄ris celestē adiutricē iugiter sentiam⁹ p
d. n. i. c. quo Aiūt īsup nõ nulli vicētij numē deuote frequēterqꝫ in
uocatū ꝑsentaneū ī aborsus esse remediū. Hic nõ tn̄ iportune paꝝ

digrediar hos vt modeste dixerim admiratus qui superflua nimiũ
superstitione inflantur pro salute scilicet contendentes. nec nõ pro
alijs humanis cõmodis nullas ad deuz preces nullaqz verba ꝓr-
sus esse proferenda preter Simboluz ⁊ orationem dominicaz cuz
ipsi illi in delubris maxie pallaz q̃ cupiãt iprecent. Da qsum⁹ Tri
bue quesumus concede q̃sum⁹ ⁊ p̃sta q̃simus. Quae si volueri sin-
gula ad vnuz explicare nihil supstitiõe illa diffidenti⁹ indicarez At
ijs õmissis q nemini ꝯueniũt Cõueniet nulli q secũ diffidet ipe. In
quit autor moralis: ad remediũ qd omniũ mihi videt̃ p̃stãtissimũ
propabo oratiões diffiniẽs supplicatiões atqz ois generis verba
vel signa. nẽpe Salomon qui mortalium est sapientissimus iudica
tus ad hominis vsum aliquez lignuz qddam figurauit dummodo
ad salutez siue humana quomodolibet comoda conferant ⁊ quae
precipue ad diuinuz cultum pertineant esse proferẽda: voluit ĩ illis
nanqz virtutes constare deus alioq virtutuz essent prorsus exper-
tia Itaqz vt herbis vtimur simplicibus vel compositis. quibus a
deo ipso virtutes datas intelligim⁹ ita verbis ꝓ vt rei necessitas exi
get vti neqz a sapientiae professoribus neqz a dei voluntate alienuz
esse iudicandũ ẽ imo deũ ipmq hoĩnũ p̃fti mis̃t⁹ qb⁹ itellectũ ⁊ ad
affect⁹ mltiplices suos explicãdos speciale mun⁹ articlatas ẽ vo-
ces largit⁹ ⁊ ad op⁹ qdlibet man⁹ aptissimas ṽtutes ipas diffũdit
sic voluisse ꝯseq̃ntiae necessitate diffinio atqz hic vl maxie: ꝙ nullũ
gressibile aĩal ad celũ nãlr errectũ video p̃t hoĩnẽ qd ꝓuidẽtissima
qdẽ nã q̃ vniuersis aĩalib⁹ ꝯuẽiẽtia sibi ⁊ ꝓ futura ꝯcessit soli hoĩni
ddit. s. vt ad stellifeꝝ soliũ habilitaret̃ ꝓidqz ṽtutũ oĩuz flumẽ ãplis
simũ. de⁹ ijs maxie ꝯiecturis noƀet vnd plãe religio cũ venratione
vtiqz do grata locũ sortit̃ Eqdẽ d me iqz. Diue Mariae miraclo
rũ venetijs Tẽplũ igresso dũ ꝓ salute tũ ꝓp̃a tuz venetae ciuitatis
huic d nã hũana opi lucẽ futnrã iplorarẽ vẽit ĩ mẽtẽ vt Leonardũ
bellinũ viꝝ ĩ maiusculaꝝ lraꝝ arte p̃stãtẽ pp ea ꝯueirẽ atqz exeunti
mihi quẽ neqz mẽtl neqz corporl oclis ãtehae pacto biẽnio iã vide
rã. Ille ipe mihi fit obuiã ⁊ qd vehemẽti⁹ sũ admirat⁹ affabili ꝑter
ꝯsuetudiem erga me vultus attentiõe atqz adeo hillaritate vt quasi
ad me nõ nihil ꝑtin⁹ itellecturã ꝓpare videret̃. Ego aũt. lz. pecũia
q̃z sua exigũt opa carerẽ tñ qm̃ si tãtã a do ipo occasiõez oblatã om
mitterem ignauie ascribendũ penitus cenƀem pneuma ⁊ mẽtẽ meã

omnē viro explicaui atq3 mox pecunia prius q3 eius artificiū pfi‑
ceretur vnō nn · q3 existimauerā allata est.pfecto vt Lactanti⁹ inqt
si cōditor est rectorq3 mūdi deus recte igit.ac vere religio est ↄstitu
ta. Auctori.n.rerūq3 parēti cōmuni honos veneratioq3 debet.hic
cult⁹ diuin⁹ Hinc hūana caritas. Hinc futurae vite spes maxia re‑
uiuiscit Hinc ad te senat⁹ Illustrissime ↄuersus inq3 vtinā:qd i abor
sus pstātissimnū remediū scio ꝛ q̄ pterea p Aristocratie tue dignita
te faciēda censeo publica lege sancires quēadmodū in pmo sigillo
Alterius partis opis nri de legibus ꝛ morū in melius reformatiōe
digessimus. At si in il iusmodi qsi nra silce negligentes qsi caudati3
retrorsu3 distrahcti clarissimā sub primer pgitis lucē:pgite.ꝛ cū of‑
fendiculis plurimis impediemini tūc liberū rectūq3 callē cognosci
te. Utinam linceis immo diuinis potissimum luminibus prestare
tis vt quosim erga vos animo videretis. Equidem vobis cū vtiles
tum optimas p ingenioli mei virib⁹. De hūana potissimū re quae
me sollicitū tenet bene:vt spero:in altera opis parte merit⁹.leges tu
li gbus erariū vestrū locupleti⁹ impiū firmius ꝛ res vniuersa vra
cū publica tū puata foelicior militabit. Ast ipas edere. Tantae mo
lis est vt nisi de pfundis clamāti mihi dexterā pbueritis multoru3
annoꝝ p gloria vra vigilias meas vulcano regnante vna hora cō
ficiet,rerūq3 lippus ordo dominabit. Non aliter q3 q aduerso vix
flumine lembū Remigijs subigit si brachia forte remisit. Atq3 illū
in preceps pno rapit alueus amne Uideo deliramentis pno inq3
iterra capite humanū cōmuniter inde gen⁹ implicitū,hinc sophiae
paucos nō penitus ex ptes: rimula tanq3 nō apto celo metaphori
cos inq3 microcosmicā eclipsim aspicere. Uerū familiarib⁹ rebus
studentes vnaa omnes in preceps ruūt· Feruet cu3 psentis mali tū
deinde futuri boni cōscius q sentiat animus aperire. Coeteru3 vani
loqꝝ pbalangib⁹ solus innocētissimusq3 terrii ⁹intra breuissimos
terminos ↄtinet. Hinc ad te pariter nō ppterea cōuersus micās vt
sinoꝝ Michael spleudor. Te sapientē. Te rarissimū virū suspicio
qppeq cū ipatauij vrbe tū amplissima tū scientiarū alumna oppulē
tissime honorificentissimeq3 cōtinere te:atq3 cū romā veneranda3
sedē illam diademate qd maeritae sunt oīfariae virtutes tue ornatū
caput transferre te potueris:tū ne futuris pxime motionib⁹ innocē

tiā implices tuā nihil ex diuino iā statuto ꝓfuturā istriae modicam vrbem quasi heremū incolis pstantissimū. Nulli vt moralis inquit auctor tacuisse nocet sꝫ nocet esse locutū. Stet quisquis velit. Tirio su pbus ostro Te dulcis saturat quies. Modico posit⁹ loco peni fruē ris otio qd summis eqdeꝫ sic itur ad astra laudibus tollo. Interea de sepiēdo nidulo illo hoc est de solo aeq̄tis restaurādis polae moeni bus ob iminēs piculū: nēpe maxima clā tumultuāt rerū momenta Pricipe veli inclytū admonito. Nos ad mellificiū tāq̄ꝫ nostrū re uertemur. Plin⁹. est paru⁹ admodū inqt piscis petris assuet⁹ echē neis appellatus hoc carinis adherēte naues tardius ire credūtur. Inde noīe imposito quā ob causaꝫ amatorijs quoqꝫ venefitijs in famis est iudicioꝝ ac litiū mora: q crimina vna laude pensat flux⁹ grauidarū vtero sistens partusqꝫ ptinēs ad puerpiū. tñ in cibis nō admittit pedes eū habere arbitrat Aristoteles ita posita pennaꝝ si militudine Georgius facūdus vir Alexādrinus in annotationib⁹ columele VEPα Ait grece latine secūde foliculi sunt cōtinētes foetū in matris vtero cū menstruis. opusculū insup salutiferū iccirco pro derit cōsulere: q pauperū thesaurus nominat in caplo remediorūꝫ qn mulier neqt filios vsqꝫ ad ꝯplementū partus rtinere. Secūdinā deniqꝫ interdū sciēdū est ineptari vnde fieri aliqn accidit nisi reme dietur cū discrimine malus aborsus: cui resistere dr si croci sumant ʒ. x. quē calidū sibi sup apponat pectinē matrona qd si min⁹ ꝯferat ℞. lanā succidā q in vernice tingat tepidāqꝫ matrona sibi subponat

¶ De embryonis eucaristia ⁊ ei⁹ etate cū dependentib⁹ capitulum. xij.

Exterminato aborsu ordo exigit nr̄e militie vt ad embryo nis eucaristiā castrametemur. Ipsi⁹ sciꝫ pmeuitatē cū depē dentib⁹ distinguētes vnde quēadmodū ipsi⁹ hoc nomē hō omniū est etatū psertim extra matricē. Ita embryo ē microcosmu li sinonomū seu etatū itra matricē omniū equocū: quē bona gratia matrix amplectit vt plimū nouē menses ⁊ nō nullos dies quo toto tēpore secundū naturā magis q̄ꝫ citra vel vltra. in vtero infans pfi citur qppe q admirabiliter originat ⁊ de altera in alterā q̄litatē q̄si etatē artifice genio dietū diuersimode variatur. Nanqꝫ pmo qd q̄si inuisibilis fuit ex cibo substātia fit spma cui⁹ etas i matrice admin⁹

est septē horarū ex quo agente quidē saturno spumositas fit cuius
etas est horarū totidē duorꝫqꝫ dierū vel circa ex ea fit ranificatio cu
ius est etas trimera vnde agente Ioue fit quedā lineitas cuiꝰ ē etas
ad plus cōmuniter tetramera ex ea fit vesicitas cuiꝰ adminus etas
est pentimera interdūqꝫ fit monomera ꝓcessio vl' successio ⁊ plus ⁊
minus iuxta vtriusqꝫ genialis hospitis in matrice dispositiōem seu
vigorosam vel hebetem qualitatem ex ea agente marte fit sangui-
neitas cuius etas communiter est septem horarum ex qua fit mol-
lissima quedā materies a nōnullis spmateca vl' corrupto vocabulo
spmaticū appellata vnde agente sole intestina caroqꝫ fiunt quorū
etas est nouē dierū vel circa: vnde fit embryo de cuiꝰ qdē etatis pri
mordio inter phos varie multifarieqꝫ sententie altercant. Nāqꝫ sūt
qui sentiant die trigesimo a cōceptione aliq trigesimo qnto nōnulli
trigesimo nono aliqui q̄drage simo quidā q̄dragesimo qnto. qua-
dragesimo nono ⁊ quidā qnquagesimo embryonis etatē incipere
quippe que omnes sententie in diuersoꝝ embryonū humanorū di
spsitione saluant. Nanqꝫ monomestris adminus est incohatio em
bryonis rarissime citra frequēter vltra iuxta eius masculinitatē vel
femineitatē ⁊ vtriusqꝫ genialis hospitis prestantem aut hebetē qua
litatem ⁊ causas primitiuas ac plurifarias que ex precedentibus
satis constant. Embryonis autem etas agentibus ioue marte ⁊ so
le vt plurimū est trimestris aliquorūqꝫ dierū cū in vtero scilicet
mouescit secundum autem ea que superius bene determinata sunt
humani seminis duplex est etas spmatis scilicet ⁊ spmatici que per
apothelesma infantie referri quidē potest ⁊ pueritie. Sperma qd
sit in precedentibus est declaratum. Embryo vero est nature basis
cui cōticinium ⁊ si metaphoricos dixerimꝰ Microcosmi globꝰ lu
naris. Embryonis pariter etas est bitemporea primum tēpus seu
prima etas est embryonis. Altera foetus embryo dicitur ex εν qd
intꝰ significat ⁊ βρυω germino quasi intus germinans. Hic apud
nos mas apud grecos est neuter ⁊ εμβρυον dicitur cuius duplex
etas ipsius scilicet atqꝫ foetus eo puta quod dictum est pacto ado
lescentiae refferri qdē potest ⁊ iuuētuti. foetus est nāe opus. Aialis
lucifer cui aurora ⁊ etatū dux foetꝰ dr̄ q̄si factꝰ vel foetus a fouendo

Foetus ante partum: in partuq; ꝓprio vocabulo potest appella-
ri infans post partū. Foetus in diebus vel die: quibus vel quo ꝓ
partu ꝓprimo Mater torquet eo scilȝ qd̾ dictū est pacto figuratiue
vȝ refert senectuti. Foetus etas agentibus venere mercurio ⁊ luna
est vsq; ad partus maturationē editionēq;. Partus maturitas ꝑ
signa ꝑnoscit̄ q̄ docet cuȝ Auicēna tū Albertus magnus atq; alij
idonei naturales. Interea naturae est solertia admiranda qua in
vtero materno embryo faciē vergit versus matris dorsuȝ. Dorsuȝ
aūt vergit versus matris vtex: nēpe vt discriminib⁹ obnoxior pars
embryonis tutella fortiori sit ꝓtecta ⁊ minus obnoxia: minus for-
ti. Infantia etatū est vexilifera vitae preuia cui oriens dentiūq; plā
tariū. Infantia ab in dr̄: qd̾ negandi vim obtinet ⁊ faris vl' fare ver
bū q̄si nō fantia: quia infans nō fatur. i. loquit̄ Infantis etas agente
Ioue agentibusq; rursus si partus differt marte soleq; foetus inci-
pit perfecta iam etate desiniq; cum fatur puer. Licet Cresi regis fi
lium ⁊ coeteros illius vel deterioris genij acta etate infātili q̄ȝq; fa-
ri nequeāt in etate nihilomin⁹ eos infātie ꝑegrinari nō censeo. Ce-
terum hic ꝓ libri debito circa huiusmodi supsedens opportunius
alibi lucidanda stilli ad p̄sentiora cursum cōuertā. Ex vtroq; itaq;
spermate quēadmodū superius declarauim⁹ pedetētim id fit in vte
ro qd̾ generali q̄si vocabulo microcosmulū appellauerim cui⁹ q̄dē
etas vt microcosmi principaliter bipartit̄ vȝ in iuuētutē ⁊ senectu-
tem inter quas etates ante natiuitatē embryo locat̄: cui⁹ etas nāq;
binus semp numerus naturalissimus est: quē ideo greci nō pluralē
verū dualē appellant similiter bipartitur. Prima pars ad foetus
etatē est iuuenilis infra vero vsq; ad infātis anime scilȝ ac secūdine
que infante postea vacuata instar cadaueris morit̄: restat senilis cu
ius quidē embryonis etas per appotbelesma rellatiua est etati sp-
matis. Foet⁹ spumositatis Infātis rarificatiōis ⁊ lincitatis Pueri
vessicitatis ⁊ sanguineitatis Adolescentis spmatecae vel spmatici
⁊ carnis Iuuenis embryōis. Senis foet⁹ ī dieb⁹ vel die part⁹. De
crepiti infantis dū scilȝ vȝq; adhuc nutrimentū sibi dat sanguis mē
struus Cadaueris emerso iā infante. secundine quo tanq; corpore
vt frequentissime in microcosmo relicto ipse infans venit in mega-
cosmū. Quib⁹ equidē rationib⁹ ducor globos vtiq; anime patriā

megacosmo tam ampliores ꝛ sereniores esse q̃ʒ megacosmus ē mi
crocosmo. Megacosmū aūt hic celestis corporis pūctū intelligo:
aliog vniuersalē machinā appellaueri qppe quā reuiuibiscilib⁹ i si
lice ceu sintilis a deo denuo post q̃ʒtalibet secula ꝑcutiendā contra
plīmorū opiniōes interiturā aīe totius machine nēpe dei quē reui
uiscibilitate atqʒ ellectissima oīum imortalitate eternū iudico ratio
existimare me cogit. coeterū hec q̃ʒ historiā forsā nr̃aʒ d̓ceat a argu
tiora i apto pellago nauigantibus relinq̄m⁹ nos i portu remigātes
¶ De embryonis ʒephiratiōe ꝛ exultatiōe cū apta digressiōe tra
ctatus primi libri primi sigillum est.

lis singulis habeant: huius generis feminas. In scithia: que vocatur vitiae, pdit Apolonides philarcus: et in ponto tibiorum genus multosq alios eiusdē nature: quorum notas tradit in oculo altero geminā pupillam In altero equi effigiem, eosdem preterea nō posse mergi: nec veste qdem degrauatos. Haud dissimile ijs genus pharmacum in ethiopia prodidit Damon quorum sudor tabem cōtactis corporibus afferat. Feminas qdem omnes vbiq visu nocere que duplices pupillas habeant. Cicero quoq apud nos auctor affirmat quorundam oculis inesset venena. Nequid vsq mali esset quod in homine non esset. Virgilius in bucolicis pastorem introducens. Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos Ii certe neq amor est causa vix ossibus herent inquit Ijs atq alijs auctoribus ego admonitus. Infantium parentibus et nutricibus consulo, Ne in primis presertim natiuitatum diebus Infantes nulla iccirco habita ratione ostentent. Sed in thalamis potissimum secretos habeant Maxime si sint pingues ac formosi. Illis.n. malignorum magis discrimen icumbit presertim tempore quo profunde dormiunt quod ideo fit qr fluxus nutrimenti habundans est sensibus organicis ad superius. Mox aūt cum incipit grauius nutrimenti ad inferiora defluere clarificantur spiritus et sensus in superioribus et expergiscitur puer Et icipit vigilare ad vsum vitae sensibilis et tunc minus est fascinationis discrimen qd si quandocumq cognouerimus. Talis.n. cognitio per lethum ministantia multiplicia signa patebit euidenter: ad infrascripta stati erit remedia recurrendum. Infantis fascinati fumigium sub naso fiat ex aliqua re furto ab eodem cum precipue dormit sublata qui visu vel dicto fascinauerit. Hienae frontis corium fascinationibus resistere Plinius pfitetur. Miricij piscis felle nonnulli corde dicunt In iuniperino pixide iam dudum seruato Et cum opus fuerit super carbones accensos posito. Ita vt bene clauso thalamo vbi sit infans fascinatus fumus inde veniat: fascinationes Incantationes et malefici spiritus expellentur. Sunt qui dicant canis nigri maris epar: fetet.n. demonibus displicere Et ipsius cruorem. Ita qd maleficiata domus epate fumigetur cruore aspergatur. Inde maleficia Et fascinationes euanescent vngulae manus vituli marini

portatae insidias ꝛ fascinationes remouēt. atq3 fascinationibus contrariantia Jacobus de dundis aggregatoꝛ memoꝛat tracta/tu sexto capitulo p̄mo folio aūt.ccl. Alij sunt q̄bus ꝑsuaderi nō potest ꝙ virtus coꝛpoꝛalis aliquid possit in substantia spirituali alij dicunt ꝙ in spiritibus angelicis ꝛ humanis creata sit quedā3 potentia sensitiua nō tamen carnalis ꝑ quam subiciūtur passioni/bus in actiōib⁹ reꝝ coꝛpoꝛaliū Adhuc sunt q̄ dicāt ꝙ aliq̄ res ē vel actio q̄ eos fugat ꝛ aliq̄ que eos cōgregat. Ampli⁹ dicūt nō/nulli ꝙ aliq̄ spiritus sunt q̄ viroꝝ coitu delectanť ꝛ aliq̄ q̄ mulie/rū:quapp̄ iterdū mulieꝝ coꝛporeas effigies induunt ꝛ cū viris coeūt Et virile semē suscipiūt ꝛ ex illo hūano semie filios cōcipi/unt ꝛ pariūt vt mēoꝛie ꝓditū est in libꝛo q̄nte essentie. varia nāq3 sunt demonū genera q̄dā sunt quos faunos p̄sci appellauerūt se ductoꝛes ꝛ ioculatoꝛes certas vias ꝛ loca obsidētes q̄ p̄tereūtes tm̄modo terreāt atq3 derideāt sola illusiōe ꝓtēti. Alij i boiu3 icu batiōib⁹ ꝑnoctāt. Alij adeo truculēti sūt vt sup trāseūtes emin⁹ irruāt ac eos dillacerēt. Sūt ꝛ demones muti ꝛ surdi ꝛ nocturni diurni ꝛ meridiāi sunt ēt q̄ ꝑ noīa feraꝝ dessignanť vt ono cētau ri pilosi Syrenes lamie dracones ꝛ huiusmodi. Jsidor⁹ in libꝛo ethimologiaꝝ octauo. Lamias inquit ex hoībus factos demonesˀ aiūt q̄rū nā esse diciť terreť paruulos ꝛ garrire i angulisˀ tenebꝛo sis. Lanias fabulae tradūt infantes coꝛripe ac laniare solitas a la niādo dictasˀ Pilosi dicūť q̄ hirsuti sūt ꝛ icubi ab icubādo sepe nāq3 cū mulierib⁹ cubāt coeūt ꝛ iterdū generāt ꝛ mulieres tan/tū cū viris q̄nq3 cōcipiūt ꝛ inde pariūt. Mibi aūt huiusmōi alti us foꝛsam ꝓsiderāti q̄ i speculi nālis volumie Lati⁹ cōtinenť vi simile ꝑideq3 credibile magis videť ꝙ hoꝝ accidētiū nōnulla ꝓ fluāt ex mercurio ꝛ ab ei⁹ statu cū luna ꝛ a statu lune cū eo ꝛ a si/tu eoꝛum amboꝝ cū planetis ināgulis Jnfoꝛtunādi ꝓꝑꝛietate3 habētib⁹ ꝛ nām q̄m q̄n mercuri⁹ ꝛ luna nō habuerit vllum aspe ctū vni⁹ cū altero ꝛ aliq̄s planetaꝝ habētiū nām dānandi ꝛ infoꝛ tunādi fuerit ellevatus sup eos ambos in oꝛizōte oꝛiētali vel fue/rit in opposito suo. Significat ꝙ accident i factis spirituū delira menta multa que sibi demoniaca nomina iuxta vulgarium q̄dem opinionem vendicarunt.

De humanis arbitrio ⁊ prima cardicaristia Caput quartum

q Uāq̄3 fatu3 multiplices vires habere certū sit tamen
arbitriū homini liberū datū ē quo pithagoree littere
vtrā velit sibi partez vendicet Quā sane rem maxime
probabilem valerius maximus facit in libri scilicet sexti capitulo
nono de mutatōe morū ⁊ fortune vbi plures memorat In adole
scentia fuisse luxu perditos verū in senectute oī laudū genere flo
ruisse Qua forsa3 ratione motus Salomon Pueri vias sibi di/
xit inuestigabiles quippe quod intelligendū ē non ideo ꝙ fatu3
non inclinet Sed ꝙ homo libero arbitrio mediante mutatis q/
dem moribus mutare fatu3 possit vnde dicitur sapiens domina/
bitur astris hoc autē in animalibs irrationabilibus que naturā
tantum Nulla extrinsecus habita ratiōe sequnt nihil viget S3
in hominibus quippe homines rationis obice repprimunt inter
quos memorabilis precipue est lucius Scylla qui vsq3 ad que
sture sue cōmitia vitā libidine vitijs ⁊ ludicre artis amore perin/
quiatā duxit Quapropter .C. Mariū cōsulē moleste tulisse tra
ditur ꝙ sibi asperimū in africa bellū gerenti tā delicatus questor
sorte obuenisset eiusdē quasi pruptis ⁊ disiectis nequitiae q̄ ob/
sidebatur claustris cathenas Jugurthae manibus iniecit. Mi/
tridathem cōpescuit Sotialis belli fluctus repssit Cinae domina/
tionē fregit eūq3 in africa qui se questorē fastidierat ipsam illa3 p
uinciā pscriptum ⁊ exulē petere coegit que tam diuersa tanq3 in
ter se cōtraria siquis apud animū suū attētiore cōparatiōe expen
dere velit. Duos in vno homīe Scyllas fuisse crediderit. Tur/
pē adolescentē ⁊ virum dicerem fortem nisi ipse se foelicē appel/
lari malluisset. Perdite/ Itē luxuriae athēis adolescēs polemo
memorat Valleriꝰ neq3 illecebris tm̄modo. Sed ipsa etiā infa/
mia gaudēs. Cum e cōuiuio non post occasum solis. Sed post
ortum surrexisset domūq3 rediens Xenocratis phi patentem
ianuā vidisset vino grauis vnguentis delibutꝰ Sertis capite re
dimito Plucida veste amictus Reffertā doctor hominū tur/
ba scolam eius intrauit nec cōtētus tam de formi introitu conse/
dit. Orta deinde: vt par erat: oīum indignatōe. Xenocrates vul
tum in eodē habitu cōtinuit: ōmissaq3 re quā disserebat. De mo

destia: ac tẽperãtia loqui coepit cuius grauitate sermonis. Resci
piscere coactus Polemo. Primo coronã capite detractã, pie
cit paulopost brachiũ intra paliũ reduxit, ꝓcedẽte tẽpore oris
cõuiuialis hillaritatẽ deposuit. Ad vltimũ totã luxuriã exuit vni
usqꝫ orõnis. Saluberrima medicina sanatus ab infami lenone.
Maximus euasit phũs. Peregrinat⁹ est huius aĩus ĩ nequitia
non habitauit. Cimonis adhuc incunabula opiniõe stultitiae fue
runt refferta eiusdẽ tñ stultitiae impia salutaria senserũt Atheniẽ
ses. Itaqꝫ coegit eos stupore semetipsos dãnare: q eũ stollidũ
crediderant. Piget interea Themistoclis adolescẽtiã attigere:
siue patrẽ aspiciã abdicatiõis inũgentẽ notam: siue matrem Su
spẽdio sui finire vitã ꝑꝑ filij turpitudinẽ coactã: Cũ oĩum postea
graij sanguinis viroꝝ clarissimus extiterit: Mediũqꝫ europae:
⁊ asiae vel spei: vel desperatiõis pign⁹ fuerit. Haec. n. eũ salutis
suae patronũ habuit. Illa vadem victoriae assumpsit. Possem
vel aetatis nr̃e exẽpla Icc irco pluria memorare: eoꝝ. s. q ex fa
talibus vitijs. In ṽtutes: ⁊ ex ṽtutibus in vitia quasi quodam ĩ
petu sunt ꝓlapsi: nisi satis in p̃cedẽtib⁹ ꝓbatũ mihi videret̃: hu
manũ arbitriũ celesti fato p̃stare. Nemo igitur dep̃hensus in sce
leribus culpã astris obijciat. Posuit nãqꝫ hoĩem deus in ma
nu cõsilij sui. Alioq nec ṽtuti honos: neqꝫ vitio sugillatio debert̃
tur. Sic ad sũmã cõcludendũ est fatũ inclinationẽ: nõ necessitatẽ
influere. Preterea notãdum est q natus infans ridere incipit
q̃dragesimo die vel circa vigilãs post natiuitatem. Porro p̃mũ
risum dat dormiens ⁊ illa est in vigilia p̃ria operatio: quã facit aĩ
ma rationalis corpus induta. Sõniat aũt post duos mẽses. Sꝫ
obliuiscitur stati somnioꝝ. In alijs vero aĩalib⁹ nõ est sic. Oĩm
lꝫ eoꝝ quedã habeãt humida capita: nullũ tñ habet ita humidũ
sicut homo. Item sciẽdum est esurientẽ si sit sanus infante in mãma
rum matris lac ascẽder̃ cũ formicabilitate: ⁊ non doloris exper
tes penitus: tumescere. Preterea sciendum est: q pinguescẽte in
fante paꝝ egerit. Itaqꝫ cũ famescit lactãdus: cũ pinguescit: haud
ostentãdus est. ¶ Hec vt de infantis cautellis: ⁊ obseruatiõib⁹
tractemus: nos admonẽt. Itaqꝫ.

¶ De infantis cautellis: ⁊ obseruatiõibus sequit̃. caput quintũ.

IN precedentibus fato ꝛ fascinatione Indicatis nūc opportuno processu: circa nostrum homuntionem succedūt cautiones obseruationesq̧ declarande: quarum in hoc tractatu primam precipuāq̧ ne noctu parens vel nutrix presertim Si sit themulēta cubet cū infante: Cēsemus. Sed solus in cunis iuxta temporis qualitatē ꝓpe nutricem ꝓtect⁹ iaceat ꝛ per noctē presertiꝫ de latere in lat⁹ aliquando voluatur. per diē aūt cune infante vacue: ab aliquo puero vel puella: vt fieri sepe solet: n̄ debēt agitari: a ꝓuebctis aūt formosus: ꝛ pinguis infans nō debet laudari nec matris lac redundans aut nutricis: que in optime quidem alendo: atq̧ naninando fit. oportet vigilantissima: Solers: ꝛ cantilenaria. Sollicitam insuper adhibeat diligentiā nequid infanti presertiꝫ nocturnū noceat: quippe Striae vmbrae: obscuritates: strepitus: animaliū presertim musionū vociferationes canum vlulatus: pauores: ꝛ similia Solent infantem grauiter terrere. Interdūq̧: quod absit: absūmer̄ ꝓpterea cauendum est. Ne vel per ocium infans trepidulus terreatur: qui si sanus sit ad cautellam qdem: Si vero ~~malia⁹~~ egrotet ad remediū omni vesperi post absterfionem: fomentationē: ꝛ lactationem ipsi benedicendo: ipsumq̧: vt erit oportunū: in crucis ꝓlatione: vt fieri a christianis solet. signādo: ꝛ cum religiosa credulitate Super ipsum dicantur versus infrascripti. vꝫ.

Crux tibi sancta salus: Crux est: quā semper adora
Crux domini tecum: crux tibi reffugium
Crux fugat omne malū: crux est reparatio rerum.
Per crucis hoc signū ꝓcul fugiat omne malignum.
Perq̧ idem signum saluetur omne benignum.

At tamē: Si quod absit: ~~mallia~~ quapiam: miserandus infans laboret In vesperi cū religiosa pariter credulitate sup ipsum dicātur infrascripta. Omnipotens: aeterne deus. Immēsam clementiam tuam suppliciter inuocamus Super hunc vel hanc famulum: vel famulam tuaꝫ restitutam pristine sanitati reducas ꝛ eterne saluti: ac sanctae veronicae. per dominū nostrū. ꝛc.

Post aūt hāc oronem. In mediate: si oportuerit: cuꝫ spe ac deuotione: ascensiōis dicatur euāgeliū qđ valere dicit̄ ad expellen-

dum ab infante malias Et cōtra cōmitialem morbū: ꝛ diligenter infans p noctem pſertim obſeruetur. Aduerſus aūt vmbras obſcuritates terrores: ac ſimilia: atqꝫ infantis ploratus īportunos Adſint per noctē coram infante: bonae grataeqꝫ nutricis cū lucerna naninationes applauſus cantilene arriſus ꝛ rex fulgentiū ac ſonorax iocūdae oſtentationes: vel agitatiōes. aut lactationes ꝛ que per alias vices infanti: modo nō noceant: ītellexerim⁹ gratificationes: que ſi videbimus nihil ꝓdeſſe. imo magis: atqꝫ magis infans ſit plorabūdus. Diligenter ploratus cauſa perquiratur. Multiplex. n. eſt cauſa vagitus aliquādo eſt ex egrotatione aliquādo ex nimio frigore: aliquādo ex nimio calore quaſi ſuffocante aliquādo ex pulicibus vel pediculis cimicibus muſcis ꝛ ſimilibus vel maioribus aīalibus vel alijs rebus īfanti aliquo pacto nocentibus: vel inuiſis. Interdū vagit qꝛ perperam vel ſtricte nimis eſt faſſiatus vel immundus ſiue ſomnolentus repente ſcilicet expergefactus vel qꝛ lactari ſiue quidpiam aliud cupit vt qꝛ egerit preſertim cum difficultate vel qꝛ territus eſt vel quod adhuc terretur. Preterea aliae ſunt vagitus cauſae pluriſariae: quas prudens ſuapte nutrix animaduertet: ipſiſqꝫ cognitis opportune poterit obuenire. Verū autem ſi adhuc vagit. Implacabilis. pſalmū aiunt. Deus deus meus ad te de luce vigilo In cedula cum bona fide ſcriptum valere: Si ad infantis maris dextrum brachium vinciatur: femine ad ſiniſtruꝫ. Nunc ad efficacia tranſeamus. Accipitris caro in amaraci ſucco cocta. Si lactens eſt infans: eadem in lacte trita. Dataqꝫ. Si vero eſt ablactatus ſimpliciter: atqꝫ vino albo claro vtatur egrotus: cui⁹ corpus vngatur oleis odoriferis. Haec valent in deſideria ſine cauſa: timoremqꝫ ꝛ cordis tremorem. Aſininū corium ſubſtragulis alijs in cunis ſtratum eſt in predicta notabilis cautella.

¶ Verbaſcum herba. In cunis poſita terreri prohibet infantē ꝛ perinde malum haud patietur occurſum. Vulturis pedes cuꝫ vngulis In cunis poſiti abigent maleficia. Nepeta ſiue vt non nulli dicunt Nepita vires inſerpentes habet: quippe ex ea fumum: nidoremqꝫ fugiunt: quam ꝛ ſubſternere. In moetu obdormituris Plinius docet. Aqua humāi cruoris diſtillata: Si

cū ea infantis facies lauetur timorem auffert maxime nocturnū. Canis pulli cruore si infans vngatur in interstitio: non sentiet maleficia. Idem facit eiusdem vel similis canis cubile infantis ambusto epate suffumigāre Idem facit cepa squilla integra cubilis videlicet laquearibus pēdens. Item artemisia: In thalami vbi est infans locis pluribus circa presertim infantē spaciū trabibus suspensa maleficiorum abiget nocumēta Lupi oculi siue modicum ex pelle aselli: qui vel que ad infantis collū pendeāt prohibēt ipsum terreri oculus lupi dexter super infantem pensilis remouet timorē Idem et eodē pacto in pax corij lupinus dexter dens facit: Idem facit peonia ad collū lata: lupi oculi occulta gestatiōe ab infante lati siluestriū quadrupedum nocumenta domesticaque phantasmata: et febrium rigorem expellunt. Sed infantem faciūt que delectabilia viderit omnium nimis cupidum: et perinde nimis macrum. Galli albi crista cum parū cornu ceruini: et olibani grano vno ad collū ab infante lata a timore nocturno securū reddit latorē. Dens mortui hominis fractus: et vel quasi puluerizatus: ac super prunas positus: vt fiat fumus fugat malias Idem facit corallus in thalamo seruatus vel in stragulis potius infantis aut ad collum latus. brionie radix in cunis posita maleficijs repugnat. Idem ypericon facit siue fuga demonū. Preterea plinius iccirco Merito audiatur. Non omittendum in eo: De lacte loquitur: olei vim esse et barbaros omnes infantesque nostros inungi. Idem auctor lactis inquit asini pueris ante cibum heminam dari conuenit si in exitu cibi rosiones sentiēt. Antiqui in archanis habuerunt. Sed hoc si non esset e caprino habeatur. Idē Plinius. Mala inquit medicamenta inferri negant posse: aut certe nocere Stella marina vulpino sanguine illata. et affixa limini superiori cum clauo ereo: Ianuae. Idem Plinius. Aurum inquit pluribus modis pollet in remedijs vulneratisque: et infantibus applicatur: vt minus noceant quae inferantur veneficia. Idē plinius. Medicina e ferro est: et alia quam secādi. namque circunscribitur: circunlato mucrone: et adultis: et infantibus prodest contra noxia medicamenta: et prefixos in limine e sepulchro euulsos clauos aduersus nocturnas limphationes. Idem auctor

de cancris fluuialibus scribens ait. Cinis eor seruatus prodest
pauori: pdestqz periclitātibus ex canis rabiosi morsibus. Qui
dam addiciūt gentianam ⁊ dant in vino. Nam si iam pauor occu
pauerit pastillos vino subactos deuorandos ita precipiūt. Idez
Plinius de biena contra nocturnos pauores vmbrarūqz terro
res: vnus e magnis dentibus lino alligatus pdest. Idez auctor
de crocodillo. Pedem e prioribus dextrū byene pelle alligatū
sinistro brachio ɔtra latrocinia terroresqz nocturnos polleř aiūt
Preterea dētes canis femie: ac delphini: vel cuniculae simul al-
ligati: ⁊ ad collū lati idē opanř. In timorez: infantiūqz pauorem
Plini⁹ in sexto. Capre sterc⁹ pāno iuolutū: collo ligeř: cerebr
vo p ānuluz aureū traiectū detur gluticdū infanti: añ qz lac sum-
mat. Serapio lapis inqt lazuli suspēsus sup eos remouet timo-
res eor. Rursus i.28. Plini⁹. lupi dētes portāř: ⁊ pellis eius
Auicena. Marchesita si suspēsa sit ad collū infantis: nō timebit
Albertus. Melochites inqt: lapis a nocuis casib⁹ defendit cu-
nabula ifantiū gestat⁹ qd ⁊ in lapidario cōtineř. Jacob⁹ de dun
dis patauin⁹ aggregator: timori: ⁊ phātasmatib⁹ īfantiū ɔ̄riātia
memorat in sui de aggregatiōe opis folio.242. Adamas lacerto
sinistro alligatus. Insaniae ɔ̄riař. Si ex asini vngula pedis dex-
tri anterioris ānulus fiat: q ferēdus deř maniam: seu demoniaca
patiēti: liberabiř. Celidoni⁹ lapis portat⁹ ruffus scilz curat insa
nos ellebor⁹ vterqz idē facit scdm pliniū. Serapion aūt nigrum
tm̄ valere pfiteř. Idē lapis armen⁹: ⁊ lazuli lapis opanř. Auice
na Peoniā. maxieqz seminis ei⁹ fumigiū: vel semē cū oleo ro.
linitū vehemēter valere pfiteř. Rinocerōtis cornu: seu lapis: q in-
uenitur i narib⁹ ei⁹ portat⁹: mirabiliter valz. Ad idē iuuat theo
doricū muscatū necnō vt piter dicit auicena: Tyriaca magna. vi
tuli marini cerebr bibitū demōiaca expellit. Sāguis ei⁹. succ⁹
⁊ caro comesta maniā sanat epar quoqz: pulmo: ⁊ splen sicca sup
aspsa. Ad idē quoqz zuchar valet buglosatū. Jacint⁹ lapis lat⁹
varias fugat suspitiōes: margaritae pprietate sua ɔferūt tiori. mel
lissa in timorē valet ex mellācolia: ⁊ flegmate vsto: basilicōis oleū
ɔfortādo cor reddit audacē ɔ̄ aūt lunaticas malias remedio esse
credunř infrascripta. Celidoni⁹ lapis vitulino corio inuolut⁹: ⁊

ſub aſſella ſiniſtra latus dicit̃ valere in lunaticas paſſiones: ⁊ epi-lenſiam. Idem facit ſmaralgdus infantis collo ſuſpẽſus: ac topatius nec nõ ſemilunula ex argento a ꝓbis mulieribus mendicato cõfecta: ⁊ infantis collo ſuſpenſa. Meliorẽ eſſe aiunt ex ceruino oſſe factã. Similiterq; ſuſpenſam. Idem radix herbae facit que ab aliquibus bottotioim nũcupat̃. Naſcitur in locis harenoſis: ⁊ cãpis eſtq; vrticuloſa radiculas paucas ac teneras habẽs: que ad ceruicez eſt lino rubro luna creſcente In tauri. vz capite vel prima parte ſcorpiõis lunatici vincienda. Preterea ne ſpiritualis malus occurſus noceat: mercurius facit occulte latus. Ad cognoſcendũ aũt ſi ſpiritibus infans vexetur. Diui Ioãnis baptiſtae nocte Aiũt Rutã Saluiã ⁊ eam que eiuſdẽ diui a chriſtianis potiſſimũ dicit̃ herba tranſacta media nocte Ante ſolis ortũ colligi oportere ⁊ occulte patienti ſub capillis dictas herbas ad occiput imponi Et vitta muniri. Si vexabit̃ ſigna vexatiõis oſtẽdet ⁊ ꝑinde hanc orõnem dici oportere ✠ ſanet te pr̃ ✠ ſanet te filius ✠ ſanet te ſpirit⁹ ſanct⁹ benedicẽdo cũ dextera illũ. ſ.
·S· ·S· vel i ·S· ꝑ tethagrãmatõ ✠ adonay ✠ emanuel crux alpha eto ✠ Increatus pater ✠ ĩcreatus fili⁹ ✠ ĩcreat⁹ ſpũs ſanct⁹ ꝑ iſtos tres eternos ⁊ vnũ eternũ cõiuro te ⁊ adiuro te phãtaſma diaboli vt hũc famulum vel famulã dei nõ ledas neq; cõturbes die noctuq; nec inſenſu nec in corpe. Preterea ad liberãdũ incãtatum ſiue malignatũ ſcribat̃ in patella vitrea pſalmus. vz. Cãtabo tibi dñe ⁊ cũ pax aque ſãcte dilluat̃ ſup quã ſeptẽ vicib⁹ pſalmus ipſe legat̃. Deinde cuz bona ſpe ⁊ fide bibenda detur ipſa aq̃ Si ex aſini vngula dextri anterioris pedis annulũ feceris demoniacoq; ferẽdũ dederis liberabit̃. Vulturis cor ſi ĩ leonina ſeu ſaltẽ lupina pelle ligaueris tecũq; habueris a dẽonib⁹ ſecur⁹ eris ⁊ ſi ĩ latrões incideris tibi ñ nocebũt Hec ĩ veteri quodã codice ſic repta ad cautelã poſui. Nũc ad auicenã ⁊ idoneos reuertamur. Itaq; auicenã ip̃z veli ĩ libro pmo caplo pmo dicã q̃drageſima pma de regimĩe ĩfantis ex quo naſcit̃ vſq; quo iceda: ꝯſulẽdũ nec non ſauonarollã atq; Raſim in capitulo de regimine ĩfantis atq; etiã librũ noſtrum q dicitur ᵽthoſus dica octuageſima octaua Et nona Et centeſima

decimanona in capitulo ad effugādū phantasmata: ꝛ malias pro derit insuper librū nostrū aque ardentis, Jccirco consulere dica decimanona que qm̄ clara sunt ꝛ ꝓbata ꝛ querētibus quasi expo sita. Superfluū mihi videtur illa recensere eqdem iccirco mihi satagere videor Si ad auctores ipsos istarꝫ studiosos rerꝫ remi serim ꝛ locos vbi peculiariter res ipse disserunt allegauerī, Plinij aūt q͛ sparsim passimqꝫ rerꝫ non egrotationū serie seu ordie seruato medicinas disseruit dicta vt plurimū in nostris ordinibꝰ vbi congruit mihi videnṫ iteranda. Itaqꝫ ipo denuo inde aucto re Plinio allegato. Aurꝫ vulneratis ꝛ infantibus applicaṫ. Ut minus noceāt veneficia que inferātur fistulasqꝫ ꝛ hemoroydas sanat ꝙ si trito spuma adijciatur vlcera putrida tetri odoris emē dat. Timori ꝛ phantasmatibus infantium ꝯriantia Jacobus de dundis aggregator in sui de aggregatione opis tractatu sexto fo lio.ccxlv.nōnulla memorat notabilia. Rursus idem auctor ī eiꝰ de aggregatiōe opis folio.ccxlix.vbi ꝯ phātasmata demones no cturnos īcursus strias ꝛ similia pluria memorat notabilia. Rur sus idē auctor faunorꝫ incuborꝫ ꝛ similiū ludibrijs ꝯriātia memo rat folio.ccxlix. Sequētesqꝫ oēs ꝑticulas h̄ ī loco Juuat notare vsqꝫ ꝯ veneficia qbꝰ coituſ īpediṫ veneficijs vel maleficijs resi stētia. Idē Jacobꝰ memorat eodē tractatu sexto sequēti vo folio vꝫ.ccl.caplo ꝑmo. Deniqꝫ notādū ē ꝙ si īfans spumescere nō ꝯsuetꝰ ab ore nihilominꝰ spumescat reptile aliqd ad carnē sentit ꝛ vmbilicꝰ ob lotiū īdigneṫ vmbilicteca cerea supiꝰ apponaṫ. Sūt mulieres q̄ farinā supaspgāt. Sꝫ āte oīa obseruāda Jccirco velī platōis ī libro legū.vij.ꝑcepta q̄ tū ad optimā claraqꝫ īfantium educationē tū ēt ad ꝑstātes ꝑ oēm vitā mores accedūt.ijs auditiſ ad seqnēs caput lēto pede veniamus.

De infante baptizādo ꝛ nominādo caput.sextū.

C Autellis Et obseruatiōibꝰ īfantis gr̄ia ꝑmōstratis in inscitā plurimorꝫ hominū demētiā presens baptisinati ꝛ nomibꝰ locus daṫ. Sūt eniꝫ quo magis aduersa va litudie. Miserādꝰ īfans torqueṫ eo maxie denudādo rigēti aqua.dū animā saluare satagunt īsani homies corpusculū

totum exanimant Proferentes heu dementia infanti nomen in
auditum stupidum barbarum Indecens plerūq3 vel cani. prob
homines indociles ac deliros ⁊ quod me magis augit eorum in
scita superstitio a vulgari vana credulitate Religio quedaʒ sctā
iudicatur: Equideʒ illiusmodi plebecle deliramēta coarguo Rei
ciens tamen christiane professionis ceu fondamentum baptisma
nequaquā: Si quideʒ cuʒ christiana credulitas: mentem omni-
perturbatione vacuam sibi intentam ⁊ virtute omnia īferiora Iu
dicantem: vt rectius Innocentiusq3 viuatur. probet per inde ip
sa Iccirco minime ē reprobanda. At non adeo crudescenduʒ ve
lim: ne omnium debilissimum in suis primordijs animal ceteris
imperaturum: homo deficiat Operepretium in hieme: nisi opti-
me prius viuificatum ⁊ vel per mensem confirmatum infantem
haud baptiʒandum volueriʒ: Super caput siquidem vere ⁊ au-
tūno celo clementi ⁊ silenti aere a sextilunio quidem vsq3 ad pe-
nultimum diem lune: declinatis tñ egiptiacis vel eiciacis dieb⁹
vtroq3 enim nomine recte queūt appellari egiptiaci dicūtur quo
niam egiptij precipui formarum celestium speculatores: eorū in
dierum primi fuerūt inuentores: Eiciaci autem ab eiciendo: nec
non declinatis diebus: qui appellatione vulgari: stellarum pun-
cti nuncupantur atq3 eis quos in balneis prohibemus. Si bru
ma fuerit ⁊ impietate quasi freti Infantem nihilominus volueri
mus baptiʒare Super verticem tātuʒ ⁊ sinciput: elligibiliori die
qui si per plyadum tamen hyadum orionis aut aliorum siderum
inclementias cruda hieme elligi nequaquam bene poterit ex sniā
Non inprudentē ad ver moram existimo: modo sit vite coniectu
ra Infanti: Dum pellago desceuit hiems dum nubilla pendent
vt canit poeta. Vitam autem si infanti: Signis penitus lethife-
ris desparemus: necessitate cogente: domi: vel a parente ad ignē
legiptime baptiʒabitur: quod q3 fieri potest pientius In eo pre
sertim discrimine satagat. De inde cuʒ infans conualuerit Si tā
ta superstitionis est sollicitudo Poterit ipse de more ad tēplū fer
ri ⁊ post alia que solēt Iccirco dici prima verba a sacerdote bap
tiʒari Inter cetera sic dicēte Si non es baptiʒat⁹ vel baptiʒata
Ego te baptiʒo In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti Amen

Si autez estas fuerit. ⁊ ĩfans sincerus diebus nihilominus decẽ
a natiuitate preteritis secure poterit naturali infans aqua bapti
zari: atq3 vt minus vana sibi quidez vanitas videatur: corpuscu
lum totũ lauari licet huiusmodi ad augendã cristianitatez baptis-
ma nihil q3 capitale magis conducat Sed ne in cito credulum
per indeq3 leue vulgus videamur omnimodũ bellũ gerere: Da
mus veniã estate extrinsecus: ante scriptis tamen semper diebus
declinatis et nouilunio termlunio quintilunio arietlunio diebus-
q3: vt superius dictuz est qui stellaruz puncti diuulgantur quos
dep̄hendit lõga obseruatio vt plurimũ procellosos: ⁊ hi sunt pre-
cipue quãdo cum luna aliquis vel aliqui potissimuz planete con-
iunguntur: maxime in cancro scorpiõe sagitario aquario ⁊ pisci-
bus Infantẽ totũ aquandi mõ aqua sit dulcis: clara leuis: non
corrupta non sulphurea nõ ferruginea nõ venenata: neq3 aliquo
pacto infecta inquiata seu macerata: vel insalubris: quibus actis
euestigio aqua sicetur corpusculũ q3 siccis ac tepidis pannis mol
liter inuoluatur. ¶Prestantissimaz interea baptizationẽ puto Si
luna sit ellevata super venerez applicando ioui: ⁊ custodiri. debz
ascendens: ⁊ eius dominus: ⁊ venus ⁊ luna ab omnibus satur-
ninis aspectibus ⁊ seperatim luna ac ascendens: ⁊ nauanduz est
precipue: q̄ dominus ascendentis sit ascendens in latitudine
⁊ luna ⁊ eius dominus in signis septẽtrionalibus: ⁊ in succeden-
tibus ⁊ cauenduz ne sit mars in angulo maxime est nec in ascen-
dente neq3 sit luna in scorpione vel prope stellaz que est in fron-
te tauri quippe que maxime presertiz in circũcisione cauenda est
alioqui multuz ibi tumescet venenum

Interea presbiterorũ baptizantiũ in modicum arguo salis manĩ
pulũ ad infantis impie quidẽ os ministratum: qui nocet infanti:
Anima vero: p̄h' cecitas: ex inde nequaq̄3 fit sapientior: quippe
qd secus: ludibriũ est opinari Pecudes eniz Si sic esset quib⁹
pre hominibus est sal sapidissimũ ei⁹ sature Sapientiores essent
hominibus quod vel biscere est Insanie proximũ Credere aũt
Insanissimuz atq3 infantibus nomina deuouere absurda. quip-
pe que vsq3 adeo ipse abhorreo q̄ licet deinceps mutata a sua q̄si
videantur naturalitate deuiare mõ ne cũz fraude fiat mutãda ma

lim: q̄ʒ retinenda a ꝓauis licet longa fuerint serie vsurpata. Sʒ
naturalius: perindeq̄ʒ laudabilius meo qdeʒ iudicio fecerit: qui
ab incunabilis infantem egregijs nominibus vocitauerint. Ita-
q̄ʒ cum egregia nomina Amoeniores ꝓculdubio reddant infan
tes: Sintq̄ʒ calcaria tanq̄ʒ ad virtutem. quippe cuiq̄ʒ licet Insi
gni nomine nominari: infantibus egregia nomina deuoueātur.
Sicut precipue sunt romana non turpia neq̄ʒ ridicula vt lucul-
lus ⁊ christiana nōnulla. Sed christum: siue iesum: siue quod po
tissimum noluerim Deum siue quopiam eius nomine: quod est
multiplex: atqʒ diminutiuo vocari hominē nō probauerim. Ob
seruatūqʒ aiunt In feminis esse quedam nomina infoelicitati ob
noxia. Maxime Maria: ⁊ Magdalēa Nomina aūt duplicata.
Sicut sunt Marcus Antonius Et similiā gratiam: ⁊ maiesta-
tem nimirum mihi quādam videntur aucupari. Coeterum ante
omnia turpibus exceptis nominibus cum christiani simus reor
obseruandum. q̄ infanti communiter nomen sit a diui solemnitate
vel a die dominico: cum infans nascitur nobis oblatum: exem-
pli gratia si vigilia vel diui Antonij die natus fuerit infans ipse
Antonio ei fit nomē Sicqʒ de singulis veli intelligenduʒ quip
pe quod propriū nominis est enim nomē dictio per quā fit deno
minatio de quo satis superqʒ dictuʒ puto. hoc aūt qppe ad cau-
tellam tantū memorato ad sequens allacriter caput ꝓcedemus.
Sūt mulieres que dicāt q̄ʒtuʒ post baptisma temporis est ad la
ctationem Infantis tm̄ nō a fluctibus eidem deinceps pueruʒ
vel puellā Siue in ꝓuebcta hominē aetate absorberi si in aquis
quādoqʒ fluctuauerit. Ideo nō statim post baptisma Infanteʒ
precipiūt esse lactandū. Sed eū aliq̄ʒdiu esurientem a lactatione
abstinendū Pluria preterea a vani credula pferri muliebri tur-
ba creduntur quas eqdem puto vanitates. Ijs itaq̄ʒ posthabitis
ꝓ aetatis cōditione ad frugaliusicula succedamus.

De genio Et infantis liberali excitatione. Caput septimū.

Infantes ad liberales quasi artes excitant̄ si bene la-
ctatis ⁊ sanis eburneae per lusum litterae binatim d' tē
pore in temp⁹ ⁊ vt cōueniet cū duab⁹ pariter cāpanel-

lis lino pēsiles cū opportuno capitis nutu a ⁊ b. Postridie c ⁊ d ⁊ sic dietim successiue vociferando frequentissime offerant atq3 aliae ⁊ Item aliae res cum hillaritate ⁊ concinnitate fulgentes ⁊ flores. ꝓpterea nempe aliquaꝝ mihi mos nō displicet ciuitatum que infantes festis dieb⁹ floribus ornant elleganter. nimirū sunt infantes q per huiusmodi quasi gradus ad laudis cognitionem excitantur quod mihi qdem primū signum placet. Coallescunt Item musicis amoenisq3 modulationibus atq3 allacri circūlatione qppe qua bene a natura instituti. Inter brachia allacriter precipue si sint sani exultāt. Ceteꝝ ne circa vulgaria diutius laboremus hoc ad summā dixerim vz. ꝙ infantibus fiant: qppe que sunt liberaliū quasi artiū prime inuitatrices: carites. Ingrata vero nō fiant deturq3 opera vt sint allacres ⁊ iocūdi Quocirca artemisia herba coram infante incensa ⁊ si ex ea cum blādimētis fiat infanti stuffa eum hillarem reddet ⁊ incursiones auertet. Idem facit aristologia In febres quidem dessicata. Si ex ea fumigium inferius maxime fiat infanti ⁊ ex eius radice infantem si contristatur suffumigabis perinde hillaris fiet.

De varietatibus hominis scd̄m aetatum varietates sigillum.

[S]Icut sunt quatuor āni qualitates. Ita sunt aetatis humane quatuor differētiae. In veris sigdem tempore fortior est humiditas: hiemis .n. frigiditate preterita humoꝝ distēperātiam q ꝓpter hiemis frigiditatē cōgellati erāt calor icipit remollere ⁊ i estiuo tp̄e ꝓpter solis accessum ad zenith nostroꝝ capitum calor preualet in autumnali vero primo tempore vincit siccitas quippe estatis trāsacte calor humiditatē exsiccauit in hiemali vero tempore propter solis remotionem a loco zenith nr̄oꝝ capitū Supat frigiditas q̄ propter cuz circulus signoꝝ pp sphericā formā careat pncipio sapiētes astronomi illius pricipium signum vernalis equinoctij posuere quod est aries nempe illi signo principium dicauere In quo humida est cōplexio Ab aīalibus scilicet sumpta ratiōe. In qb⁹ pria ps ānorū vitae tēpus est In quo est humidior eoꝝ ꝯplexio eodēq3 ordie reliqua tēpora statuerūt. In oium enim aialium ꝯplexiōe

primis annis preualet humiditas sicut in vere. In secūdis autez vsqz ad caloris stationem ꝑfectam velut In estate: vincit calor: in tertijs annis in quibus est ꝓpe suam declinationem: fortior ē sic citas: que ad humiditatem tendit: ⁊ frigiditatem. velut in autūni prima deinde qz secūda parte: quippe que cum extranea est hu/miditate. In annis vero extremis: in quibus ad destructionez ꝑuenit in ipso sicut ⁊ in hieme superat frigiditas.

De peculiaribus quiditatibus: ⁊ mēbroꝝ egrotatiōibus in/fantis: ⁊ balbutientis. Tractatus secūdus.

c Um de infantis Regimine: ⁊ vniuersali iam genio dictum sit. Dicēdum nunc restat de peculiaribus quiditatibus: ⁊ mēbroꝝ egrotationibus infantis: ⁊ balbutientis a capillis quippe: qui vnde etiam dicuntur sūt capitis pilli primū incipiendo. Pilli autem a pelle dicuntur vnd̄ ꝓdeunt. Capilli secūdum aliquos sunt in capite hominis Unde homo vt sunt radices in base arboris. vnde ⁊ arbor sūmit alimentum ꝓpterea a nōnullis homo Arbor inuersa tanqz existimatur. Quocirca notatu digna plura cōtemplatus est Albertus Ma/gnus in libro de plantis Et in opere de animalibus presertim in capitulo de ijs que accidūt capillis secūduz aetates Et alias causas naturales Nec nō cōstātinus africanus montis cassianensis monacus in libro quē ei viaticū placuit nominare vbi capilloruz ⁊ cutis capitis a se ipso excogitata Et a Galleo Dioscoride Joanne damasceno atqz alijs idoneis auctoribus mutuata remedia experta ⁊ iuuatiua tractauit. Proderit iccirco preterea Si op⁹ fuerit salubrē nostrum cōsulerē in capitulo eoꝝ que generant bo/nos capillos folio vigesimoquarto.

¶ Interea sciendum est lasinā infantis capiti illitam Capillū nutrire eiusqz tenatiorem cutem reddere. Plinius. Homo maxi/mū inquit Et humidissimū cerebrum habet omniūqz viscerum frigidissimū duabus supra subterqz mēbranis vallatum quarū alterutram rumpi mortiferum est. Omniū cerebro medio insunt ossicula parua vni hominum in infantia palpitat nec roboratur an/te primū sermonis exordium. hoc est viscerum excelsissimū ꝓxi/

mūq3 celo sine carne sine cruore sine sordibus hoc habet sensuū arcem huc venaꝝ ois a corde vis tendit hic desinit hic culmen altissimū hic mentis est regimē oīum aīalium in priora ꝓnuz: q₂ ⁊ sensus āte nos tendūt Ab eo ꝓficiscit̄ somnus. hinc capitis nutatio. Que cerebꝛū non habent nō dormiunt. Nucis iuglādis putamen cōbustum tritūq3 in oleo aut vino Infantiū illito capite nutrit capillū. Cutis aūt est corporis prima superficies que cutis inde dicit̄ q̄ corpori superposita Incisionez prima patiatur κουτ α eni greci incisionē dicūt Pellis dicit̄ eo q̄ externas iniurias corpus tegendo pellat. Pellis a brutis detracta coriū dicitur qd̄ quidē sic a carne que eo tegebat̄ ꝑ deriuationem noīatur vnde excoriare: excoriationē dicimus: qppe que ars est laniatorum: que ab excuticatiōe: chirurgicoꝝ scilicet arte: differt. Unde nos nunc ad phoꝝ phisicorūq3 ꝓfessionem accedamus.

De Megacephalo: ⁊ microcephalo caput primū.

Caput: vt varroni placet: dicitur q̄ īde initiū capiant sensus: ac nerui. caput est mentis arx: vnde sublimis ipsa oīa speculatur. Capitis magnitudo: seu paruitas infantis: Interdū est naturalis: Interdū accidentalis: Si ipsius magnitudo est naturalis: Sensus indicat augumētum. Nimia vero capitis enormitas ē dānanda: eo q̄ accedit ad figuram auiū noctuaꝝ: que ꝓpter capitis enormitatē sunt pusilanimes: q₂ enormitas capitis eaꝝ magis materiae indicat supfluitatem q3 vigoris excellentiā. Quocirca Gulielmus placētin⁹ de salecceto ī eius opere de chirugia. capitulū primū facit. De aqua congregata In capitibus puerorū nouiter natoꝝ. vnde megacephalon qñq3 causatur. Accidentalis capitis infantis magnitudo pter naturā augumētatur in dies: ⁊ est accidēs ex capitis ventositate ī capitis ossib⁹ generata vel ex aggregatiōe humiditatis inclusae: querēte exit⁹ viā: quod megacephalon app. llat̄ μεγα enim grece: magnū κ φαλο: caput significat. Remediorū autez iccirco primū ⁊ pcipuū est: nutricez admonere q̄ a cibis caueat: ventositatum: ⁊ humiditatuz nimietatem generātibus. Deinde purgetur cum yeris magnis. Infantis aūt scilicet supinati: amaraci: siue maiorane aqua modice naribus impōatur: que si min⁹

conferant ad vlteriora pedetētim ſi qdē ꝓcedēdo.vȝ. Recipe alxũ:qđ macerabis donec ad ſimilitudinem videatur vnguenti: ⁊ cũ paꝝ olibani bene miſcebis ħ pariformiter poſt infantis capitis raſuram vel ſaltē tōſurã ſupponaẜ: Sicqȝ ad minus diē nãle dimitaẜ. Deīde īfantiſ narib⁹ paꝝ fellis Lupini ſeu ſaltē cerebri ⁊ mirre paꝝ:modice ipōaẜ. Hec ſi iuuabit medicīa ſemel fiat ſingulis mēſib⁹. Ueꝝ aũt niſi ꝓderit:pone ſup infantis caput ēplaſtruȝ de olibano:Sarcocola:Serapino:⁊ gumi amigdalaꝝ: qppe q̄ mihi magis placet:qꝫ medicina que fit ex alxouiuo: namqȝ olim in mortuoꝝ capitibus inuentũ eſt:cutē dum viuebant: capitis penetraſſe. Efficax p̄terea in megacephalon vnguētũ eſt: qđ fit ex recētib⁹ nucib⁹ In mortario cũ corticibus mollib⁹ interioribus:ac teſtis tritis: In quo parũ ſit olibani ſup infantis caput poſitũ:poſt raſurã:⁊ de tertio in tertiũ diē donec oportuerit reiteratũ:qđ niſi ſiue paꝝ p̄ſerti ſi megacephalon eſt cũ doloꝛ ꝓderit. Recipe radicē dracōtee cerã nouã:⁊ nitidã paꝝ olei ro. ⁊ adipis talpae:que ſic oīa ſimul bene mixta coq̄ȝtur vt fiat vnguētuȝ quo infantis raſum caput liniaẜ qppe que medicia p̄ſentior ē inflatis crurib⁹. Itē in megacephalon alia medicia. Recipe floreſ roſmarini quos bullire fac in vino albo:quo īfantis laueẜ megacephalon.hoc remediũ reliqs pariter cōfert inflatiōib⁹. Preterea celſus in ſecũdi libri vigeſimoquinto capite docet res que inflant ⁊ q̄ īflationē leuãt. Plinius īſup in hiſtoriae naturalis volumine. Brion ingt marina herba lactucae folijs ſimilis rugoſa veluti ꝯbcta ſine caule ab ima radice exeũtib⁹ folijs Naſciẜ ī ſcopulis mariqȝ teſtis terra cōprehēſis p̄cipua ſiccãdi ei ſpiſſandiqȝ vis ⁊ collectiones oēs inãflmatōeſqȝ cobibēdi Iaȝ ad microcephali remedia accedam⁹. Microcephalon aũt.i. parũ caput. Si eſt nãle qꝫ qꝫ hominē fore:vt plurimũ:p̄ſagit paruac ſtature. tñ nō eſt curãdũ.cato.n.corporis ingt exigui vires cōtēnere noli Cōſilio pollet cui vī nã negauit. Et papini⁹. Maior in exiguo regnabit corpe virt⁹:verũ ſi:qđ raro accidit: Microcephalō ē accidētale ꝓuenit ex nō idonea debiliſſimi ſpmatis diſpoſitiōe ingnãtiōe p̄ſerti in parte cerebri: Siue ex aliquo mr̄icis mr̄is accidēti quo īfantis caput in vtero vegetari nō potuit vel ex quopiaȝ

iubicē Dum infans in vtero mouebaṫ caput ꝑcussiōi obnoxiuꝫ habens q̄ꝑꝑ mater Infansq̄ꝫ. lꝫ in maxio fuerit vitae discrimine tñ natura vt solet quoad pōt sese adiuuāte perinde infans aliquā do nō perit Neqꝫ mater ipsa. Sed infantis lesum cerebꝛū remanet territo similis quasi ꝯtrabctū qδ si ex boc fiat accidēti ab alijs nato dignosci pōt infante. nāqꝫ alicubi deꝑssius qdē erit caput idirectū. Ut pueꝝ ipse venetijs vidi cuiꝰ erat ebꝛiꝰ pater. Hic nequeo qn in bos inuebctus digrediar q nulla babita in vtero materno quē ipsi generauerūt foetus rōne vxoꝛes verberant. Unδ frequēter seqtur aboꝛsus: ꝓb bachi pīcernas: Impꝛoba coꝛpa. vita indigna. vinū modice sumptū vires coꝛpusq̄ꝫ cōfirmat ac roboꝛat: In modice statū mētis euertit. Quocūqꝫ tādē pacto cātū fuerit microcepbalon. Remedio sunt infrascripta. Pꝛimū vescatur nutrix cibis bonas būiditates generātibꝰ. deīde īfantis microcepbalon vngaṫ vnguētis calidis būidis subtilibꝰ penetrātibus ⁊ lenitiuis. De Megacepbalo Et microcepbalo. nāqꝫ rarissime accidit baec dicta sufficiant. nūc ad alia ꝓcedamus.

De Sapbati ⁊ fauositate caput secūdum.

q Uoniā buiusmodi egrotatiōes frontē vt plurimū ⁊ infantis faciē debonestare videnṫ quapꝛopter parētes maxie tristanṫ. Ideo de ipsis differere nōnulla excogitaui. Sapbatis Et fauositas nulla alia differētia nisi scdm magis Et minus inuicē differūt. vtriusqꝫ nāqꝫ buiusmodi egrotatiōis cā est Lactis coꝛruptio q̄ causat malū sanguinem ꝓsertim flegmate salso ꝑmixtū nimiāqꝫ infantis capiti bumiditatem q̄ nibilominus egrotatiōes Juxta sentētias Auicenae Galeni Serapionis Aliebatis nostriqꝫ potissimū Sauonarollae. lꝫ infantis caput Et faciē defoꝛmare videanṫ tñ non sunt curāde. Nam letbiferis īfantem excusant egrotatiōibus ⁊ eum reddunt billarē ac iocūdū. Attamē qm̄ omne vt vt aiūt nimiū vṫiṫ in fastidiū Pꝛe nimia interdū sapbatis Et fauositatis acuitate caput īfans frequenter diuertit ⁊ vagit quod accidit quia vellet manus vellamentis inuolutas in libertate easqꝫ ad caput applicare Et

scalpere Si nimis itaq₃ eiusmodi egrotationes infantē infestare vel corripere viderentur ⁊ precipue fauositas que maior ē in q₃/titate Interdū enim inde ab infantis capite ac tota facie pustula tis atq₃ squamatis humor egredit̄ in densitate ⁊ colore ad mellis quasi similitudinē vnde fauositas appellat̄ Sequentib⁹ cautellis ⁊ remedijs deo dante curabitur quo circa prescienda primū est morbi vel egrotationis causa eaq₃ satagendū est ante oīa vt abi/gatur Remota nāq₃ cā vt plurimū remouet̄ effectus. Cause au/tē morborū ⁊ egrotationū: vt plurimū per signa deprehēdunt̄ a micaele nostro in sui operis tractatu primo primoq₃ capitulo de medicia īsinuata. Nos aūt ad p̄posita reuertamur Añ oīa itaq₃ nutricis cib⁹ corrigatur Sicut in precedentibus admonuimus nec vtatur coitu vnde forsa₃ sequeret̄ impregnatio: que maxime lac ipsiusq₃ nutricis appetitū corrūpit. Cura principalis eiusmōi egrotationis sunt quatuor obseruantie: prima est cautella ab hu/more peccante: Secūda est vt adequatio fiat in corpore ad ea re gimen cōuertēdo: que laudabiliū matericrū sunt ellemēta ⁊ hoc est regimen laudabile reru₃ sex Tertia est occupatio circa id: qd̄ factu₃ est ab humore peccante In cute Quarta est pharmaceu/ticis vti Idcirco cōfectio epithymatis ad saphati recentē: que ac cidit corporib⁹ teneris fit hoc mō Recipe alchañ ō mecha. amig dalarū amarar: cū suis corticib⁹ cōbustarū stercoris muris ve/nar: celidonie coriandri sicci scorie argenti venarū tinctorū cur cume aristologie cortcū granatorū merdasengi ana confice cum aceto ⁊ oleo. ro. ⁊ line super fricationē Preterea Galen⁹ iccirco plurimos se hoc linimēto curasse profitet̄. cartis scilicet cōbustis cu₃ aceto q₃ distemperatis ⁊ super locū positis Rursus. Sapha tim curans linimētū fit hoc modo Recipe cartar papiracearum scilicet cōbustarū calcis lotae argenti viui añ ℥.j. confice cum aceto ⁊ succū oleo ⁊ line super fricationē loci cū panno aspero suf ficienter vt aūt medicine nullū fit impedimētu₃: capilli leniter: vs/q₃ ad capitis curē icidant̄ ⁊ atriplicis folia superponāt̄: que ne decidāt vitta muniāt̄: maneq₃ ⁊ vesperi leuiter mutent̄ Prestat similiter sepius reiterare: ad minus totiens: quotiens est infans tergendus que si prodesse videant̄ ad acutiora non procedatur

Sim minus. pedetentī ad ulteriora est procedendum videlicet Recipe ordeū ex coriatū ꝛ maluā: que bene lota in aqua clara decoquāt: qua tepida supina facie infantis caput abluatur Deinde cū mediocriter pannis ad ignē calefactis vel si serena sit estas ad solem siccetur ꝛ a triplicis folia in cineribus calefacta parū qꝫ torrefacta ꝛ excussa ꝛ nitida denuo superponātur: quod aliquotiēs iteratū cauliū folia pariter torrefacta ꝛ nitida ꝛ butiro: vt fieri solet loto interius linita sequantur. postea edere folia cum filo madido ne vratur Instar capitegi sunt suenda paritereqꝫ torrefacta et a cineribus expurgata ꝛ vncta similiter superponāt que nisi conferāt ꝛ infans Iā sit anniculus sic ad acutiora est procedendum Recipe cerusē litergirij an. ʒ. v. lixiuij ex nucū cineribus vel vitiū facti ʒ. ȝ. olei ro. ʒ. i. cerae nouae ʒ. i. que cū pscripto oleo liquefiant terrēdaqꝫ terrant Et cū vitellis duob⁹ ouoꝝ mediocriter assatoꝝ cōficiantur ꝛ exinde infantis caput liniat. Et haec in eiusmodi egrotatiōes iam puto satis esse nec iccirco eqdeꝫ ad acutiora pcederem. Uex ad acutiora vrgēte si sit cā pcedēdum. Ad opus pauli bagellardi de infantiū egrotationibus capitulo pmo de sapbati ꝛ fauositate qrtoqꝫ qnto ꝛ sexto erit recurrēdū: vbi inter coetera vnguētū docet vtile nō modo ad Sapbati imo ad oīa etiā capitis vlcera tineā: allopitiā: lendes: pediculos vlcerata scabiē: ꝛ in reliquas similes egrotatiōes: qꝫuis antiquas pderit. Jcciro insup salubrē nostrū cōsulere folio trigesimonono ꝛ nostrū viaticū folio quarto: nec nō rasim in capitulo tractatus quinti de sapba: atqꝫ diuisionū libro vbi epithima docet ad Saphatim recētem in corporibus teneris pterea eundē auctorē in libro de egritudinib⁹ iuncturaꝝ capitulo de curis pueroꝝ in prima aetate ꝛ in sequēti de fauositate: atqꝫ etiā in eo loco vbi d sciatica: ꝛ infectiōe cutis a sapbati: ꝛ faciei postullis tractat. Preterea Gulielmū placētinū de saleceto In libri tertij opis de summa cōseruatiōis: ꝛ curatiōis caplo octauo de sapbati ꝛ pustullis rubeis capitis: ꝛ faciei humidis: ꝛ rubore faciei cū pustullis siccis ꝛ pruritu. Insupqꝫ Jacobū de dōdis aggregatorē. In sui d aggregatiōe opis vbi sapbati pāria quecūqꝫ hicinde ipse collegit posuit notabilia tractatu qnto caplo altero folio. cclvj.

¶ Ad idem Plinius insuper vlcera In capitibus infantiū mē ta mire sanari ꝓfitet. Magister aūt Auicena linimētū docet sanans saphatim etiā in corporibus duris. vz. Recipe bubei stercoris muris capitū araneaꝝ cōbustaꝝ: colcotar vsti: venaꝝ celidoniae Salis adusti: gallaꝝ sulphuris viui curcumae: litergirij: aristologie tubel eris añ. partē vnā cartaꝝ cōbustaꝝ partes duas cōfice cū aceto vini albi: ⁊ oleo ātiquo: ⁊ ministra post fricationē cū cepa acuta: aut squilla. deinde laua cū aqua vsnē: ⁊ folioꝝ vlmi ⁊ radicū maluaruz. Recipe litergiri cadmie vtriusqꝫ: calcis viue añ. ǒz. i. cartaꝝ cōbustarū: olibani tartari cōbusti añ. ǒz. 5. Siet memite: gallaꝝ cōbustaꝝ añ. ǒz. iiij. argēti viui. ǒz. j. aceti: ⁊ olei mirthi: q̄ztum sufficit coque donec acetū sit cōbustū deinde argētū viuū sic cōuertēdo cū eis misce: ⁊ vt cōuenit vtere. Preterea vtraqꝫ edera vlcera manātia sanat. In capitibus p̄sertim puerorum. Unguentū in saphatim: ⁊ faciei ruborē quasi leprae principium. Recipe puluerez prunaꝝ tritaꝝ salicis: quē vt sit subtilissimus p pannū lineum cicotriconizabis ⁊ cū melle vnias instar vnguenti: quo vesperi cū egrotus it' cubitū eius facies liniatur mane aūt cum furfuris decoctione lauetur euestigioqꝫ cum vnguento citrino facies liniat' dicitur aūt citrinū. nā in citri pomo cū quo quitur qǒ sic fit. Recipe boracis. ǒz. ij. cāphore. ǒz. j. coralli albi ǒz. sesq. Amidi cristalli subtilissime pulverizati: antalk: dentalk vmblici marini: olibani: albi nitri añ. ǒz. iij. marmoris albi. ǒz. ij. amēti dulcis. ǒz. j. spume vitri ī fornace deducti. ǒz. j. gerse serpētarie. ǒz. i. cerusae cōis. ǒz. vj. Fit aūt hoc modo terre dragātos ⁊ vmblicos marinos in mortario simul cū pistello ferreo: ⁊ p subtilissimū pannū cribrent'. Deinde Recipe axūgiae recētis porcine albissime. ǒz. j. sepi caprini: vel pecudini. ǒz. j. axūgie siue adipis galinaceae. ǒz. i. cōfice sic. Caldariū aqua plenū bulliat sup ignem: ⁊ cacabus cū axungia pēdeat in caldario in ipsa aqua. ad hoc vt ex ipsius aque calore: axūgia liquefiat que liquefacta p pānum nitidū collet' In pelui: ⁊ pulueres imponāt'. p̄ter cāphorae ⁊ boracis: hoc facto In vno pomo citreo siue duobus imponantur: ⁊ sup prunas vel accēsum potissimū cinerē sinātur donec bulliāt ⁊ cū bullire ceperint In pelui denuo ponātur sup prunas cū

ſpatula ſemper agitando: tunc īponat puluis cāphore ⁊ boracis
q̄ qdem cū bene mixti ⁊ coagulati fuerint vnguentū est factū qp/
pe qđ p̄terea pulchram reddit faciē Lētigies destruit nigredinē
ex sole inunctū tollit pustullas salsi flegmatis e facie Et a quouis
corporis loco expellit cicatrices leprosae faciei attenuat Et mul
tum pderit Si frequēter inde liniat ad ruborē oculorū q̄ȝ pruri
tū mire valet. Huiusmodi quoq̄ȝ studiosum Jccirco legat Sua
deo Antonij guainerij opus egregiū Et libellū nostrū q̄ saluti/
fer appellat. Petrus deniq̄ȝ de argellata notabile cudit capitu/
lum de aquositate q̄ in capitib⁹ puerorꝫ repperit. Jnsup sui opis
dica septuagesima qđ iccirco cōsulere puto pariter salutiferꝫ Gu
lielmusq̄ȝ placētinus de saleceto in libro de chirurgia capitulum
alterꝫ cudit de crusta vel scabie in capite puerorꝫ ⁊ frōte q̄ lactant
⁊ dicit lactutiuȝ a laicis. Jn scabiē aūt cutis capitis. Recipe yso/
puȝ tritū quo cū olei modico ⁊ aceto mixto Jnfantis sepe caput
vngat. ¶ Ad idem acetū acerrimū qđ ignearꝫ prunarꝫ frequen/
ti magis q̄ȝ habūdāti bulliat īpositiōe ex eoq̄ȝ frequēter infantis
caput abluatur. plurimū valet.

De epilepsia Et morbo lunatico tertiū caput.

EPilensia nihil aliud ē nisi oppillatio viarū mot⁹: ⁊ sen/
sus i cerebro epilēsia a frigiditate vel nimia hūiditate si
ue vtraq̄ȝ potissimū cā in ventriculis cerebri generat i
appoplesiā tēdēs. vñ dici solet epilēsiā magnā: esse ap/
poplesiā paruā q̄ ifantē reddit ac imobilē Et isensatū. Epilensia
dr ab επι sup ⁊ λαμβανω capio h̄ ē supioris ptis. i. cerebri captio
q̄ reliq̄ mēbra hebeterant Cū caput dolet cetera mēbra lāguēt ada
giū est antiquū. Siqdem cerebrū est tanq̄ȝ corporis Rex sedēs
in celsitudine p̄torij sui exterius moenibus signis speculis valuis
colūnis Et reliqs idoneis ornamētis q̄ȝ speciosissime insigniti.
Cerebri diminutiuum est cerebellum. Unde vulgare vocabu/
lum est deriuatum diciturq̄ȝ quasi cere lubrū sicut candelabrum
Et alia similia nomina. Sed euphoniae gratia cerebrum dicitur
a cera nostro vocabulo ⁊ λαμβαν capio quasi ceram capiens.
Unde est sumpta metaphora. Nam quemadmodum ex cubi/
culis cereis prodeunt reddeuntq̄ȝ apes Jn aluearia. Jta ex

cubiculis cerebri prodeũt reddeũtq3 cogitationes In animalia cerebruz quidẽ habentia. aliaz nihilominus grammatici cerebri volũt deriuatõez. ceteruz hec In hoc nostro genialis humaneq3 historie ope exposito quippe que rei naturalitatẽ i se ꝯtinet magis quadrat: ea aũt cubicula: cerebri ventres vocauit antiquitas In quib⁹ visa cõcipiũtur Illic mẽtis pincerne phantasia memoria imaginatio spiritusq3 multiplices cõtinẽtur: licet nõ nulli imaginationes putent in pectore fieri. Nulli animaliũ tñ cerebri corporature scilicet habita ratione: natura tribuit q̃ztũ homini quod ab exterioribus quidẽ nocumẽtis arce ossea munitissimũ pepigit ne suũ faciliter opus corrueret. est. eniz datis armis offensilib⁹ imo potissimũ defensilibus ad queq3 cõseruãduz natura Solicita. hinc est ꝙ allegorice: in fabulis vt puto hipocratẽ a capro centauro: qui ab epilensia pueꝝ a parentib⁹ relictũ curauit doctum tradere medicinã Sic ab eo principio: natura rerũ ordinẽ dispõnẽte Ipsa medicina: nature vtiq3 ministra successiue in plures auctores sumpto ab epilensia strate gemate militauit. Siquidẽ hic morb⁹ Interdũ fulminis ictu causatur ꝓpter timorẽ: quẽ sciendum est: ante natiuitatez Infantẽ posse adoriri Itaq3 hui⁹ egrotationis sunt species due: prima ꝛ peior est: que in vtero est fetũ aggressa. Dupliciter aũt vt plurimũ solet aggredi: vel horribilis strepitus cã quippe que pullata pariter oua corrũpit: vel si luna matrice cõcipiente fuerit in pisciũ signo: ꝛ hec raro vel nũq̃ꝫ potissimũ est curabilis nanq3 partez maximã aduerse intra se hausit naturalitatis Epilensie extra vterũ maternũ future Albert⁹ aleman⁹ signũ ponit quãdo videlicet os longe ꝓminet ꝛ est rotundũ cũ spissitudine labiorũ ꝛ aliq̃ꝫtuluz retortũ ac si sit repandũ in labij extremitate in mũduz stultũ voracez ꝛ forte epilenticum futurũ ostendit. hoc eni plato porco atribuit. Morbũ cõmitialẽ deprehẽdit caprini cornu vel ceruini vsti nidor. Danꝰ leporis sale custoditi pulmões cũ thuris tertia parte ꝑ dies trigita. Preterea comitialẽ morbũ deprehendũt oĩa que Jacobus de dundis patauinus aggregator posuit in sui de aggregatione operis folio xliij In epigrãmate excitantia ꝛ inducentia epilesiam que deinde epilensiaz, quidez sanãtia subsequnꝰ folijs. xliiij. ac sequentibus

duobus ad que In epilepsiā studiosum remitto. hec egrotatio interdū dei gratia suapte etatis regionis vel aeris q̄litatis mutatōe aut aliquo subito in optinato accedenti euanescit quod vt expeditius fiat nutricis dietetica ꝯfert regularis obseruatio Iuxta pauli bagellardi precepta In secūdo capitulo d̄ epilensia dica septia Sicqȝ deo dāte duo bona sequētur primū ꝙ nutricis lactis corruptio abiget̄ ⁊ eius caput ⁊ corpus purgabūt̄ Itaqȝ ab omnibus se caueat cibis flegma grauantib⁹. alteꝝ bonū erit: ꝙ īfans curabit̄: quippe nō debet nisi tātuȝ lactari: q̄ȝtū potest digerere potiusqȝ parū minus: q̄ȝ magis modo ne alimēti nimis penuria debilitetur: quod quidē absqȝ admonitiōe nostra a͛ pita nutrice pōt obseruari ⁊ liniant̄ ifantis nares cū ole is calidis ⁊ rutā odoret ⁊ ad ipsius colluȝ pendeat smaralgdus Corallusqȝ virtuteȝ occultā habet In epilensiā. Quocirca Orpheus ⁊ Archellaus. Comitialē morbū sanari cibo e carne ferae occisae eodem ferro quo homo interierit sunt ꝓfessi.

¶ Preterea vulpis occisae cerebrū ellixū cum nutricis lacte sincero Infanti frequēter mistratū eum ab epilepsia ꝑpetuo liberabit. Item agni cruor pariter ꝓderit cuȝ lacte datus. Item vngula asinina adusta equinaqȝ si terrat̄ Et in potu ministretur cū aceto ex vngula quoqȝ aromatica iuuat Si suffumiget̄ epileptic⁹ ⁊ si ceciderit excitet̄. Preterea recipe succi sqllae pēidieqȝ coque piperis pone q̄ȝtum est medietas penidie ⁊ infanti q̄ȝ comodius potest ministra. ¶ Ad idem Recipe sticados partē vnā Siseleos partes duas Spatane partē mediā gingiberis piperisqȝ añ partes sex Squillae assatae partē mediā fiant in puluerē ⁊ amigdalis ad pondus oīum cū melle cōfice vel penidijs ⁊ cuȝ sacaro seu ȝucaro misce. Infantibusqȝ cum alphilla In stomaticon forma dabis. Unguētum qd̄ sup stomacū: vētrēqȝ linitū: stomacuȝ purgat: appetituȝ cōfortat: caput alleuiat: ⁊ oculos clarificat. recipe apij. ʒ. iij. Succi folioꝝ rubi. ʒ. vij. Mercurialis. ʒ. iij. hec simul cōfice: ⁊ vētrē vnge. Preterea iccirco huiusmodi magis valet vnguentū. Recipe euforbij. ʒ. j. cere noue. ʒ. sesqui. olei oliuae: q̄ȝtum sufficit: q̄ sine flāma fac simul bullire: ⁊ huiusmodi vnguēto tepido lineatim liniatur puer a collo ad cullum.

Item vngãtur frons ac tẽpora cũ dialthea. Sũt qui dicant psal- mũ benedixisti dñe terrã tuã vsqꝫ ad exaltas caput meũ In lilij folijs scriptũ cũ qbusdam caracteribus que in libro nostro q p̄- tiosus dicitur cõtineᵗ folio cẽtesimo trigesimo primo: ⁊ circa pa tiẽtis caput cũ credulitate ne folia decidant ligatũ iccirco mire va lere. Gallenus aũt valde peoniã laudat. Dicens peonia Si col lo hoĩs suspẽdaᵗ vel pueri ab epilensia adiuuaᵗ. ꝯfiteturqꝫ se vi disse octo ãnoꝝ pueꝝ nõ patientẽ hũc morbũ nihilominus ad col lum ei peonia erat suspensa que cũ a collo cecidisset Illico epilẽ- sia fuit opp̄ssus ⁊ cũ peonia denuo fuisset apposita tertio die fuit liberatus. efficatius medicamẽ est Si epilentico balbutiẽti ad su gendũ apta: cũ nutricis lacte peonie grana ministrẽtur ⁊ ad eius collũ coagulũ pẽdeat leporinũ. Itẽ apis viua data vt eã glutiat ex empto aculeo iuuat luna crescẽte vna: decrescẽte: altera. Joan nes preterea damascen⁹: oleũ docet paraliticis epilenticis appo- pleticisqꝫ iuuatiuũ: cuius qdez ꝯpositio In libro ẽt nostro saluti fero cõtineᵗ: folio quartodecimo. Juuãt insup sternutatiões in li bello illo declarate folio sequẽti ⁊ medicine in salubri nostro folio quĩquagesimotertio. Iccirco p̄stans preterea phisic⁹ petrus de argellata: notabile vt superi⁹ dictũ est cudit capitulũ de aquosi- tate que repperiᵗ in capitibus pueroꝝ ⁊ Petrus de tussignano super nono almansoris tractatum de epilepsia scripsit exquisitũ. Item Rasis in tractatu nono ⁊ in diuisionũ libro nec nõ in libro de egritudinibus iuncturarum capitula cudit salutifera de epi- lensia puerorũ quocirca frugalia plima ĩ volumine pãdetarũ nec nõ capitulo quinto folio sexto cõtinẽtur Auicena p̄terea ĩ sui ad mirãdi voluminis folijs centesimo quĩquagesimotertio quarto ⁊ ⁊ quĩto: capitulis octauo nono decimo ⁊ vndecimo scribit de epi lẽsia deqꝫ signis spetieꝝ eius: De causis mouẽtib⁹ epilepsiã ac de cura nec nõ folio tricẽtesimo nonagesimotertio vbi ĩter cetera ꝯfectionẽ docet plurimoꝝ iuuamẽtoꝝ valẽtẽ ĩ infantuũ egrotatio nes ⁊ epilepsiã ⁊ Micael sauonarolla folijs septuagesĩo octauo ⁊ nõ nullis sequẽtib⁹ Ugo aũt senẽsis cõsilium dat vtiqꝫ prouec tis ĩ epilẽpsiã folijs nono ⁊ sequẽti. Interea quo te ore iccirco al legẽ Antoni guaineri vir uigilãtissime: q rẽ huiusmodi oĩ ex p̄te

tā exq̄site es executus: vt nihil supra Cōposuisti Macte vir miro cū ordine de capitis egrotationib⁹ opus amplissimū In quo tractatū septimū scripsisti de epilepsia nouē Inse capitula continentē: quoꝝ q̄dē p̄mū est de epilepsie q̄ditate: ac de cāis ei⁹ qui busq̨ fiat in locis. Secūdū de epilepsiae signis demonstratiuis tertiū de epilepsiae signis ꝓnosticis. q̄rtū de cura paroxismi epilepsiae. q̄ntū de sex reꝝ nō nāliū in cura epilepsiae obseruādo regimine. sextū de modo materiē epilepsiae digerēdi: ⁊ euacuandi septimū q̄ radicitus epilepsiā curabilem extirpent. octauū de appropriatis q̄ i cura epilepsiae ab extra applicenť. nonū ⁊ vltimū de cura epilepsiae q̄ p alioꝝ mēbroꝝ comunitatē causať. Itez in viatico nr̄o capitulum iccirco cōtineť carta duodecia cuius p̄ncipiuz ē. passionē q̄ subito hoīes cadūt Antiq pessimū morbū vocauerūt. Vulgus aūt dicit iram dei. Gulielm⁹ placētin⁹ de saliceto i ei⁹ opis de sūma ꝯseruatōis ⁊ curatōis libri p̄mi folio. cxl. capitulū. xv. notabile cudit de epilepsia. Interea sciēdū ē lunaticū caducū spaticū īter se admodū differre. Naz spatic⁹ is est q maligno quasi spiritu corrept⁹ alicubi neq̄t cōsistere. Sed sedulo saliēti quasi similis moueť. Caduc⁹ est q morbo grauis cōtinere nō se pōt q̄n cadat Lunatic⁹ is ē q q̄busdā lune sitibus vexať ab insania. Gaspar fert mirrā thus Baldassar Melchior aurū

Haec tria qui secū portarit nomina regum.

Soluitur a morbo domini pietate caduco

Stella magos ducens tres ad cunabula cristi

Aurū thus mirrā: qui mistica dona dederūt.

Expellit morbū domini pietate caducum.

¶ Probatissimū insup in morbū caducū est. vz. Recipe splenē pulli equae. Radicē peoniae aā. q̄b⁹ pulueri zatis Et mixtis sumatur. ǒz. i. cū. ǒz. iij. succi policoniae Et cū optimo vino cretēsi ieiuno stōaco dēť Et h̄ fiat vuij vicib⁹ vl' plus si oportuerit Et dōdante sanabiť. Itē addať ī dicta medicīa aliq̄ztulū thuris Et mirrac electae ⁊ de limatura boni auri ad pōdus vnius denarij. Itē si oportuerit addatur corui cor pulueri zatum. Preterea quando presbiter ad missam dicit pater noster. Dic simul in auř patiētis aiūt iuuare. Preterea ꝓbatum dicūt in morbum caducum.

Scribere verba: ⁊ ad collum ligare patiētis que ī īfra scripto no
stro maximo libro continentur.
¶ Preterea Gaspar te prebendat Baldassar te liget
Melchior te liberet. Sequitur circulus qui ad collū quoqȝ la
tus mire valet q̄ in libro nostro maximo cōtinet̄ folio. cxlvij.



¶ Dn̄e pater pientissime Jesu christe dulcissime spes mea demē
tissime q̄ es trin⁹: ⁊ vn⁹ adiuua famulū: vl' famulā tuā. n. creator be
loy. esto queso memor mei. Dom⁹ refugij locus auxilij. Inter
fluct⁹ seculi ne demergar subueni. De⁹ fortis q̄ es. Rex sūm tri
nus: ⁊ vnus: libera me famulū tuū ab hostib⁹ ⁊ malignis spiriti
b⁹: ab igne: ⁊ aquaꝝ gurgitib⁹ a febriū stridorib⁹ ab armorꝝ vul
nerib⁹: a tōitruū fragorib⁹ a fulminū ictib⁹ a ꝑpētū mōsib⁹ a be
stiaꝝ dentib⁹ a venenosis dapibus: ab oīb⁹ veneficijs: ⁊ incāta
tionib⁹ ab oīb⁹ inimicis meis visibilib⁹: ⁊ īuisibilib⁹: ab oī expu
gnatiōe corpis Et aīae meae ab oī phātasmate ab oī peste ⁊ cla
de Et a caduco morbo a cūctis dolorib⁹ a subitanea ⁊ in ꝓuisa
mōte ac ab oī malo. Amē. Hec dei nomina sint mihi remediū ꝯ
omne malū ✠ Hel ✠ Heli ✠ Heloy ✠ Jelion ✠ Saba
oth ✠ Jeyge ✠ Adonay ✠ Emanuel atqȝ oīa alia arcana
dei noīa. haec oratio a patiēte cū magr̄o dicta cuȝ deuotōe iuuat
in morbū caducū modo ne patiēs ceciderit in tēplo in aqua nec
in igne. Ad idē Recipe Jecur lupinū qd̄ adeo in igne cōburē vt
in puluere redigat̄ Et eiusdē pulueris paxriminēte morbi cadu
duci passiōe patiētis os cū aqua infundat̄. Ad idē Recipe apeȝ
vnā viuā Et exime ei aculeū Et luna crescente da caduco ītegrā
glutiēdam: alterā simil'r luna decrescēte Jteȝ ṽbena collecta cum

sit sol in ariete Et cū vno peonie grano iūcta vni⁹ āni caducos li
berat a malo morbo. Alibi sic repperi. vz. vbena collecta cū sol
sit in signo virginis vel arietis cū grano iūcta peoniae vni⁹ anni
caducos liberat In quodā interea veteri codice sic repperi. vz.
¶ Salubres res infrascriptae sunt ad succurēdum pueris patiē
tibus malū turpem sancti georgij. Recipe castorē Et stranudel
lam pro tenēdo ⁊ odorādo virtutē ei⁹ q̄ plurimū pdest. Ad idē
valet ruta Et saluia frequēter odorata. Itez si in oleo castorei po
nantur ruta: ⁊ saluia ⁊ ibi parꝫ bulliāt valde iuuabūt. Si cum hu
iusmodi oleo liniat̄ nuca patiētis atq3 si ex ruta ipsa Et saluia fri
centur brachia: ac tibiae patientis trahēdo fricationē semp deor
sum: nūq̄ȝ sursum. Amplius ad h̄ tyriaca valet tenēdo ipsam ad
pulsus: ⁊ comedēdo. Itē si peoniae radix teneatur sub dentibus
a patiēte: ⁊ ad dorsum est remedium iuuatiuū. In morbū cadu
cum pro infantibus. Recipe euforbij. ōz. i. cere noue q̄ȝtū suffi
cit olei oliuae. ōz. ij. ⁊ fac simul bullire sine flāma: ⁊ sepius infan
tis unge filum dorsi. rursuz in morbū caducuz. Rade ex nouez
argenteis ānullis cū quibus sponsatae fuerint nouē virgines parꝫ
argenti ex quolibet de inde collige ⁊ simul misce totā illā rasuraz
atq3 insuper adde tantū argenti: cū q̄ȝto possit annulus fieri qui
tā latus fiat q̄ hec possit noīa circūscribi. vz.

quo facto fac supra dicere missas nouē
quib⁹ expletis dic patienti cuz ceciderit leuatē suso tribus vici
bus p⁹sq̄ȝ eius digitū ponas i anullo qui si forsaz excideret In
mediate eius iterū digitū impone ⁊ custodiat̄ ne annulū āmittat
quod nisi fiat liberabit̄. ¶ Ad idem sic inueni. vz. i die sācti Jo
ānis an̄ solis ortū vade ad pullegiollū herbā quā extirpa ante so
lis ortū postea serua ipsaz vsq3 ad vigiliā natiuitatis domini: po
stea fac supra dicere missas natiuitatis: que noctu dicūtur. postea
ipsaz herbā collige ⁊ vtere cū oportuerit: applicādo. vz. eaz ad
nasuz eius qui ceciderit adeo vt caduc⁹ ipsā odoret: ⁊ stati surget
cū sinceritate. Itez cū patiēs ceciderit dic ei i dextra aure ter ver
ba Infra scripta. vz. habraā: ⁊ cetera vt supra. Itē versus ⁊ ora
tiones cū credulitate ac deuotione dicant̄ que continētur In cau
tellis ⁊ infantis obseruationib⁹. vz. Crux tibi sācta salus Crux

est quā semper adoro ¶ Ad idē Recipe radicē herbe que vo-
cat peonia quā pone patienti super pectus ad carnē nudā & q̄
primū surget Radix aūt huiusmodi habet hāc virtutē vsq̄ ad an
nos quinq̄ post aūt quinquēnium & sic delustro In lustrū debet
mutari Rursus Recipe auem cuculū dum ad huc viuit & pone i
In vno vase seu pignata terrea noua. postea bene coboperias
ne possit euolare de inde impasta os cū argilla noua ne possit re-
spirare. postea sic pone i furno calido & sic dimite donec auis ap-
ta sit ad puluerizandū & de illo puluere des patienti in omnibus
cibis donec totā comederit & liberabit. Leporis cor recens col-
lo suspensū subuenit caduco. Apri vel verris testiculi cū vino
bibiti caducos sanāt Ursi fel caducos liberat. Idē facit eque lac
epotū Idēq̄ sit arietis liquor seu iecore distillato vulturis iecur
cū sanguine tritū p duos vel tres dies caducos liberat. Gali te-
sticuli cū vino epoti caducos liberāt. Sed abstineant se p decem
dies a vino Siccent & bene ad opus seruētur cū anseris adipe
Lupi cor coque & da ieiuno i die solis vel veneris lunatico come
dendū. Smaralgdus latus aduersat morbo caduco. Idem fac
corallus rubeus. Comitiali interea morbo vomitus est necessari
us. Coturnices aues sunt aduene terrestes Potiꝰ q̄ sublimes
has nūc vulgus qualeas appellat: qbus ueneni semē gratissimꝰ
est cibus: quā ob cām eas dānauere mēsae: Simulq̄ pp comi-
tialem morbū. Magna vertigo visū caducorū obuertit ita q̄ nō
vident patentibus oculis. Extat moneta argētea que dicit sancti
aluuisij que cū cadit caducus in ipsiꝰ manu detur virtutē habet
eum a tali morbo liberādi estq̄ amplitudinis vnius marcelli ve

neti In qua nomē ē p sculpturā scriptū Ludouici Regis ab vno
latere ab altero aūt nomē Julij Turoni cū qbusdam insignibus
¶ Preterea in veteri quodam codice sic inueni. vz. In iraz dei
magnam: & lunaticos. Recipe buglosam siue linguā bouinam:
mellissam siue naranzatam boraginem: & Rosmarinū an̄ in con-
uenienti q̄titate: & omnes istas herbas fac bullire in bono vino:
quod expssum. vz. ab istis herbis turbato ad bibendum detur
per dies triginta cōtinuos. Ita q̄ non bibat aliud vinum in vno

autem illo crocus imponatur: vt bene coloretur. Cōtra demētiā edat patiens flores rosmarini atq3 rosmarino vtat in cibis. Amplius. Recipe auri fini de ducato: thuris albi: ꝛ electi: mirre. añ grana nouē. Deinde Recipe tot caulium semina quot annos volueris ne cadat creatura: quam in vtero habet mulier grauida: q̄ omnia cum mellis modico incorporabis. Haec sic repperta ad habundantem posui cautellam. Nunc ad sequentia ꝯuertamur.

De egrotatione: que puerorum mater appellatur: ꝛ infantie soda peculiari caput quartum.

Egrotatio que puerorum mater appellatur: Infantem interdum aggredit. In prima aetate: ꝛ signum eius est timor. In somno multus ploratus: ꝛ vigiliae lacrimosae. Preterea calor auget: ꝛ ab infantis ore egreditur odor foetidus. Huius egrotationis causa: lactatio est plusq3 lactens possit digerere. Cura eius est lactis correctio. Et precipua medicina Tiriaca magna Cum sincero lacte data: vt in salubri libro nostro carta quinquagesimatertia declaratur.

¶ Preterea Recipe diamusci: diaplirisq3 añ. semunciā: quā tripartitam quidem: ꝛ peculiari: ꝛ salubri lacte distemperatam: eque infans sumat in triduo.

¶ In infantis autem Sodam Recipe gariofolorum: gingiberis: nucis muscatae: Spicae nardi: galangae Et cubebe añ. ʒ. vj. que in mortario contundantur: ꝛ simul misceantur Et lineo tenui nitido saculo imponantur Et cum oportuerit tepidus ad patientis caput applicetur Et ne decidat vitta muniatur. Ad idē Recipe frumentum apuliae: quod optime contusum. In oleo rosaceo misce: quo tepido ĩfantis caput leuiter vngatur: ꝛ frons ac tempora cum dialthea Cōtra ardores capitis infantis Cucurbitae satiuae exterior superficies tenuissima eiusdem folijs superpositis bene iuuat. Sed iccirco primum diligenter est aduertendum. Nam si egrotatio esset ex causa frigida: nocumentū perinde magnum sequeretur.

De palpebrarũ: ꝛ oculoꝝ naturalitatibus: ꝛ peculiarib⁹ eo rũdem egrotatiõib⁹ infantis: ꝛ balbutiẽtis caput. quintũ.

D E videndi rõne: deq3 cernẽdi nã varias fuisse phõꝛu3 opiniones cõpio. Stoici cãs esse vidẽdi dixerũt radiorum ex oculis In ea q̃ videri queũt emissionẽ aerisq3 simul intentionẽ Epicurus effluere semꝑ ex oĩb⁹ corporibus Simulacra quedã corpoꝝ ipsoꝝ eaq3 sese in oculos inferre: atq3 ita fieri vidẽdi sensu3 putauit. Plato genus quoddã ignis: lucisq3 de oculis exire existimauit: quod cõiunctũ cõtinuatũq3 vel cum luce solis vel cũ alterius ignis lumine sua vi ꝛ externa nixũ efficeret vt quecunq3 offenderit lustraueritq3 cernam⁹. Aristoteles. Nullũ mẽbrũ Inquit est in corꝑe frigidũ: ꝛ humidum: nisi tm̃ cerebrũ: ꝛ oculus: quo circa in libris ipsu3 suis plurima est legere: argutissime disputasse. Cõstãtin⁹ ex septẽ inquit mẽbranis oculus cõstat In oculis adeo vis est speculi: vt tã parua pupilla totã hõis reddat imaginẽ quocirca inqt Albert⁹ aleman⁹. v3. In ossib⁹ orbitaꝝ oculi cõcauaꝝ est cõpositio oculi ad q̃s ꝓcedit ab interiori parte capitis virt⁹ visiua ĩter duos neruos cõcauos cũ aũt virt⁹ neruoꝝ: ꝛ paniculi cerebri q sociãtur eis descẽdunt ad orbitã dillataꝫ axtremitas vtriusq3 ipsoꝝ: ꝛ repletꝫ: ꝛ ampliatꝫ eo ꝙ cõprehẽdere põt humores: q sunt ĩ pupilla quorum medi⁹ est humor: q vocatꝫ glatialis. dꝛ aũt glatialis eo ꝙ est clarus sicut glaties: ꝛ est figure rotũde. nisi ꝙ cõpressus ẽ ab ĩteriori pte vt sit ibi plane aliquãtulũ supficiei vt frequẽter recipiat formas visiuas. In ĩteriori pte glatialis est ali⁹ humor silis albugini oui ꝛ noĩatꝫ albugine⁹: posit⁹ aũt est anteri⁹ ĩ oculo q2 ibi cõgruit ꝛ coetera. Ampli⁹ extremitas nerui q vocatꝫ obtic⁹ seu visiuus ꝯphendit ꝛ claudit vitreũ posteri⁹ Et glatialẽ anteri⁹ vsq3 ad terminum q est inter glatialem Et albugineum ad quem peruenit vitreus humor oculi qui est apud tellam que dicitur aranea siue rethe que comprehendit eum sicut rete araneae comprehendit venationem Et ideo vocatur aranea tunica Et alio nomine dicitur retina Ex istius autẽ extremitate nascitur tella quedam alia glatialis que distinguitur inter secũdinam ꝛ humorẽ albugineum vt inter subtile Et spissum fit aliquid separans ne subtile

Ledatur a spisso: ⁊ ne adueniat ei nocumētū de facili: ab interior parte ipsius penetrans ad ipsum a retina: ⁊ secūdina: ⁊ haec vocatur a qbusdā sectio tunicae glatialis: ⁊ haec tella ē subtilis: qm̄ si esset spissa stans ante glatialem īpediret lumē ad ipsum veniēs Extremitas aūt eiusdem paniculi subtilis īplet: ac teritur ex venis sicut secūdina. Posterius qm̄ ipsa facit penetrare nutrimentum: nō tn̄ oēs eius partes sunt ꝓpter nutrimēti vtilitatē. Sz posterius tm̄ a qbusdā vocat secūdina. Illud aūt: qđ de ipsa ptransit vsqz ad anteriora inspissat: ⁊ ingrossat: ⁊ habet colorē celestē inter albedinē: ⁊ nigredinē mediū: vt cōgreget visum: ⁊ nō pmittat ipsum spargi: qꝛ sparsus visus est debilis. Sicut oīs virtus q̄ in multa diuidit. H equidem inqz in loco vigilitacitus: Mente ꝓfecto in altum abdita: atqz in sese recepta. cū icci̇rco plurima mecū aīaduerterē: vehemēter nature vim sum admiratus: que in femineo vtero: ⁊ qđ admirabilius est. In ouo minimo tot: ac tam mirāda pficiat. vbi nam queso: ⁊ quo in angulo est ipsius nature sedes que interius mēbra ita cōponat. O Diuinū aeternum statutum in cōprehensibile: o cum sūma sapiētia omnipotētiā. verissime illud dictū est. De finito ad infinitū nullā esse ꝓportionē. Nos homūculi stollidi. De hijs potissimū loquor q in quadrangulis magno nugaꝝ miraculo altercant. Supra celestia credimꝰ intelligere: q̄ sibi ipsis finxerūt publicae cōcionant. De dei rōne quā theologiā vocāt vasta clamoꝝ ambitiōe tāqz de materialibꝰ rebus differunt cum ea que inter manus versant comphendere nequeāt Satagāt qztū velit: tn̄ cū ad id metae pueniūt quā hūana cōditio trāsire nō patit. Ibi cū sistentibus q̄dam veluti chaos ⁊ vt aiunt Judicioꝝ dei abyssus tāqz multa obuiam fit ꝓpterea minus inepte facere mihi vident q que intellectū nostrū excellūt ab illis ipsum excelli volūtati se diuinae conformātes aequo aīo patiunt. Mitte recte inqt Cato arcana dei que interdū vt puto cogitans Marcus Tulius Facilius se posse dicere qđ nō sit qz qđ sit ꝓfitebat. vnde Lactātius phi inqt qđ sūmū fuit humane sapientiae sunt assecuti vt ītelligerēt qd nō sit. Illud assequi nequerūt vt dicere scirēt qd sit. Cicero. vtinā tam facile vera īuenir possem inqt qz falsa cōuenire. eqdem mecū haec reputās quo pacto

fieri queat nō oīo Intelligens.coeteꝝ oīo fieri diffiniens vt crea turarū creator ⁊ ipsi⁹ nature mōdiq₃ fabricator spiritual'r scilicet vbiq₃ p̄sens est Rōnale igitur aīal homo De alijs nūc ab re est loq: q₃tū libet auio ⁊ ceco loco secret⁹ quecūq₃ agit agit ante ocu los iudicis cūcta cernētis. De ijs aūt hactenus nūc ad p̄posita reuertamur. Palpebraꝝ albertus inqt pilli creati sunt vt p eos incidētia in oculū excludant ⁊ qđ descēdit ad oculos ex capite.ni gri aūt scdm plurimū facti sunt vt ꝓportionatū faciāt lumen sua nigredine. In ipsis aūt est qddam simile paniculo qđ accedit se cūdum aliqd ad duritiē cartilaginis Et h̄ ideo fit vt firmius stet sup oculos Et nō cadat ab eis ꝓpter infirmitatē istius paniculi Et ideo vt lacertus aperiēs oculū habeat substētaculum loco cu iusdam ossis Et per h̄ bona fiat motio que mouet oculu₃. Pri mu₃ aūt oculi coboptoriū sunt palpebrae Et deide secundū co optorium est tunica q̄ fit ex interiori pelle Et postea adeps ocu li ⁊ postea id qđ fit ex lacerto ⁊ postea sunt aliae tunice p ordinē. Inferior aūt palpebra nō h₃ lacertū in hoīe ⁊ quadrupedibus generātib⁹ sibi similia. S₃ aues coboperiūt oculos quadam pel licula que mouet ex inferiori palpebra. Palpebraꝝ tumefactio ⁊ clausura Infantibus vt plurimū accidit ex medicinis stipticis quas mulieres ponūt sup infantium capita queadmodu₃ est al chana ⁊ similia Aliquādo ēt accidit ex influxu materiei calide vel frigide. Huius aūt egrotatiōis cura est. Si fit p̄sertim rubor in facie ⁊ calor in fronte vt recipiat memithae succ⁹ ⁊ folioꝝ rosma rini an̄.ʒ.₃.croci:⁊ mirae.ʒ.i.puluerizāda pulueriʒent: ⁊ cu₃ sincero mulieris lacte cōficiātur:⁊ infantis clausis oculis in pan no lineo supponantur quotidie renouando donec oculi recludā tur. Si vero in palpebris non fuerit calor:neq₃ rubedo. Recipe mirrā: crocū:aloem Et folia rosmarini:que cum vino albo:⁊ cla ro Sinceroq₃ cōficiantur Et clausis oculis supponantur. In in fantis Itē lippitudines:ouū infuso candido butiro recenti valet sine sale. Piscis hiricij fel valet ad vngendum oculos vbi est al bugo. Quocirca medicine maximus assertor Auicena: Pluri ma intractatu disputat de palpebris:nec nō ipsius pedissequus ī tractatu de passiōib⁹ palpebraꝝ Sauonarolla folio nonagesimo

quarto: ⁊ sequētibus: nec nō in libro de egrotationibus iunctu-
rarum Rasis capitulo de morbis oculorum in pueris. Preter-
ea Paulus bagellardus. In opere de egritudinibꝰ capitulo d
egrotatiōibꝰ puerorū oculoꝝ īfantis carta nona: ⁊ salubris liber
noster in capitulo simili: carta aūt quinquagesimatertia: ⁊ sequē
ti huiusmōi medicinas īsinuāt. Galeotꝰ interea. Gene pillos ha
bent inquit in modū valli: quas a palpitādo palpebras nūcupa
uit Lucretius Brachia: palpebreq; cadūt poplitesq; cubanti: ⁊
in ijs hominū mores phisiologi dep̄henderūt. Nam cū sepe pal
pitant timidū ostendūt. Cum vero nō: audaciaȝ indicant. Oculi
ab occulendo nominati: Latent enim sub cilijs: ⁊ genis: quoꝝ or
bes diuersi coloris habent pupillā. Qui duarum pupillarū sunt
eos omnia oculis effascinare plinius reffert. Lucretius: ⁊ lacera
to oculo: circū si pupilla māsit Incolumis cernēdi īnata potestas
strabones ij sunt: quoꝝ oculi sunt de prauati. peti quoꝝ oculi cel
leres. huc illucq; vertunt Cecij oculi quasi celij. i. cianei coloris
a veteribus dicti sunt ⁊ ij quoq; flaui appellant quales minerue
fuisse cecinit Poeta Luciosos noniꝰ vocat: qui ad lucernā non
vident Miopes vero qui minutius cernūt grece dicunt: luscio
eorū est vitiū qui clarius vesperi: q̄ȝ meridie cernūt: vt ait festus
Luscuꝰ herbetioris visus ⁊ desioculus vocitat. Martialis hinc
desioculus ⁊ hinc lippus. ab oculo oculeꝰ oculatus ⁊ oculo. las
verbū nascit. ab ocello Ocellatus oculoꝝ anguli alio vocabulo
irqui siue irculi De vitijs corporis ait Seruius dicti sunt. vnde
virgiliꝰ Transuersa tuentibus irquis. solet libido oculos variat
Irqtallos pueros dicimꝰ: qui p̄mo virilitatē suā exprimūt Iuue
nalis. oclosq; in fine tremētes Frācisceꝰ phileplhꝰ ad martiū filiū
Sigs te natū grādior ābit Blādit q; sagax: oclos attēde tremē
tes Glacto potaꝝ aūt p̄sertim recēter natoꝝ ad folioꝝ similitudi
nem in arbore pullulantiuȝ que primum subalbidi qdeȝ sunt co
loris deinde accedēte etate virescūt oculos natiuitatis ebdoma
da Sciendum est aliter esse in colore. porro propter foetus ali-
mentuȝ In vtero ⁊ aeris in accessibilitatem postea in lacteum Li
quorē con verso menstruo: Siquidem mutato cibo et aperto ae
re diuersificari. Oculoruȝ tortuositas siue strabositas Infanti

accidit diuersimode. Nāq₃ interdū oculi sunt v̄sus angulos In terdū lacrimalia v̄sus cōtorti. pro remedioꝝ aūt iccirco differen tijs Siue v̄sus angulos siue v̄sus lacrimalia cōtortoꝝ oculoꝝ ne alienā mihi laudē ascribā Paulū antescriptū. In ei⁹ opuscu li caplo de egrotatiōib⁹ oculoꝝ carta decima duco cōsulēdum. Quocirca insup danda est opera Ut priusq̄ꝫ eiusmodi egrotatio inualescat pindeq₃ cure repugnet diligētia per q̄ꝫ solers adhibeat Principijs obsta Sero medicina paratur.

Cū mala p longas cōualuere moras.

Ait Sulmonēsis. Iccirco sūmus naturae Substentator auice na folio cētesio sexagesimo sexto ope₃ p̄stabit salutiferā vbi adeo De strabositate tractat exquisite Ut alioꝝ medicoꝝ medicina rūq₃ inq̄sitio supflua videat. viru₃ nihilomin⁹ memoria dignum Petrū de argellata hic nequeo subticere qppe q nōbile cudit ca pitulū De oculoꝝ strabositate: q̄ duo vel reliqs ōmissis in infan tiū strabositatē sufficiēt habūdāter Sauonarolla aūt Sic iqt de obtalmia. v₃. obtalmia accidit infantib⁹ pp multitudinē humoꝝ ꝛ debilitatē oculoꝝ. habētes oculos eminētes sūt facilr obtalmie susceptibiles pp hūiditates ipsoꝝ ꝛ aptionē porroꝝ ꝛ q̄ sunt ex tra expositi alterātib⁹. de huiusmōi morbo i suo tractatu sexto ca plo. trio pticula ō obtalmia folio. lxxxviij. vbi q̄m plurimos iccir co ipse de more allegat auctores supuacaneū duxi eosdē nūc iteꝝ memorare eo Itaq₃ cū q̄ō absit oportuerit velim recurrendū.

¶ Oculi corporis ps pciosissima Et q lucis visu vitā a morte di stingunt Sūt flores aīe corporis speculae cordis nūcij Duces vie ꝛ scōm pithagorā solis Janue. Uel oculi sunt vasa lumīs cor poris duces ꝛ cordis īterp̄tes. Oculi noīati siue q̄ eos cilioꝝ teg mina occulūt ne q̄ intedētis iniurie offensiōe ledant Siue q̄ oc cultū. i. secretū vel ītus positū lumē hn̄t. Ji inter oēs sensus vici niores aīe sunt. In oculis oē mētis extat iudiciū. Oculi alio no mine lumina dicūtur q̄ lumē ex ijs manat. Pupilla pars ē ocu li preciosior. In q̄ vis est vidēdi. Pupille oculorū noīate Nam paruule veluti pupilloꝝ imagies inde micāt vel pupille dicte q̄si ipollute vt sūt puellae. Circulus quo colore discreto a pupilla al bae partes oculi separāt. Corona dr̄ eo q̄ pupille ambitū ornat

sua rotunditate: palpebre a palpitatione dicte qꝛ sepe mouent̃ vt
refficiãt assiduo motu intuitũ: munite sunt vallo pilloꝝ: vt apertis
oculis si qd inciderit reppellat̃: vel vt ipsuꝫ aerem ꝯcidendo mi-
tificẽt: quo tenuẽ serenũqꝫ faciãt visuꝫ. visus dictus qꝛ viuacioꝛ
est ceteris sensibus: ⁊ amplꝰ. viget Lacrime quas greci δακρυα
vocant a mentis dicte laceratiõe putant̃ Cilia tegmina sunt: qui-
bus oculi coboperiunt̃ ⁊ dicta cilia: qꝛ cellent oculos Supercilia
dicta qꝛ sunt cilijs superposita que pillis iccirco vallata sũt vt ocu
lis munimẽta pretẽdantur Sudorẽqꝫ a capite defluentẽ deppel-
lant Inter cilium est medium illud inter cilia ⁊ super cilia quod
sine pillis est. Sunt homines qui nisi cõuenienter longinqua alij
nisi prope admota nõ cernũt. Omniũ oculi solis iubare retũdũ-
tur Interea Titi cesaris mihi miraculũ obuiũ fit qui nocte q̃tũ-
libet ceca expergefactus apertis tũc primũ oculis velut clara cer
nebat luce ¶Placuit ĩ egipto nutrire portentũ binis ⁊ ĩ aduersa ca
pitis parte oculis hominẽ. Sed ijs non cernẽtẽ. Habẽt signa
oculi moderationis clementie odij misericordie ⁊ amoris Quia
vt plinius ait in oculis aĩus habitat Cõsiderat̃ oculi naturalis dis
positio ex tactu Qui sit tẽperati frigoris ⁊ caloris ⁊ ex motu con
gruo temperato Si enĩ nimis leuiter moueatur ẽ nimis calidꝰ
vel nimis siccuꝫ Si aũt grauiter ac tarde mouet̃ est frigidus aut
humidus Adhuc aũt cõsiderat̃ eius dispositio ex venis ipsius fi
gura colorẽ q̃ntitate ex operibꝰ suis ⁊ venis cũ .n. sunt ãple ⁊ cros
se tũc habundãt humore Si aũt sint subtiles ⁊ stricte significant
oculis inesse siccitatẽ Coloꝛ aũt sibi proportionalis, de quo dictũ
est in libro de animalibus Significabit oculi bonitatẽ. Aliter au
tẽ significãt colores extranei ⁊ figura in naturalis videlicet quã
do oculus non est sphericus Sed ante ꝯpressus Significabit ip
siꝰ malitiã. Similiter est indiciũ de q̃ntitate ipsius ⁊ operationibus
eius ⁊ hec sunt fundamenta phisionomie Sũt autẽ quidã quorũ
visus euanescit in nocte ⁊ cõfortat̃ in die ⁊ dicũt̃ ijpati nocti lopã.
Quidã aũt visuꝫ euanescentẽ habent in die ⁊ vident cõfortato vi
su in nocte ⁊ dicunt̃ habere oculos noctue et cã quidẽ prime pas-
sionis visus: est grossities oculorũ ⁊ humiditas spiritus eiꝰ ⁊ hoc
vt plurimũ accidit habentibus oculos nigros Quia in talibꝰ sũt

tales spiritus ⁊ tales humores accidit etiā ijs Qui multos habēt
colores in oculis aut oculos habent virides q: talis spiritus Et
talis humor cōdensatur frigore noctis ac tenebris eius Et ideo
visus euanescit. In die aūt dissoluitur Et clarificatur lumine diei
⁊ tūc ideo cōfortatur. Lactantius. Oculoꝝ precipue inquit inex
plicabilis est ac mira subtilitas q: eoꝝ orbes gemarū similitudi-
nem preferētes ab ea parte qua videndū fuit mēbranis plucenti
bus texit: vt imagines rerū ꝯ positarū tanq̄ in speculo refulgen-
tes ad sensum intimū penetrarent. per eas igitur mēbranas Sē
sus ille qui dicit' mens: ea que sunt foris transpicit nec forte existi
mes aut incursiōe nos cernere Ut phi dixerūt qm̄ vidēdi officiū
in eo dꝫ esse qđ videt nō in eo qđ videt' aut intentione aeris cum
acie. Aut effusi radij ad id qđ videndū esset puenirent. Cuꝫ aūt
videamus eodē momēto tēporis plerūqꝫ aliud agētes nihilomi
nus tm̄ vniuersa que ꝯ sunt posita intueamur. Uerius ⁊ manife-
stius est mentē esse que per oculos ea que sunt opposita transpi-
ciat tāq̄ per fenestras lucēte vitro aut speculari lapide obducta
⁊ iccirco mens ⁊ volūtas ex oculis sepe dignoscit' qđ vt reffelle-
ret lucretius. Ineptissimo vsus est argumento. Si enim mens
inquit per oculos uidet: erutis: ⁊ effossis oculis magis videret
quoniaꝫ euulsae cum postibus fores plus inferunt luminis: q̄
si fuerint obducte. Nimiꝝ ipsi vel potius epicuro: q eū docuit:
effosi oculi erant ne viderent effusos orbes: ⁊ ruptas oculoruꝫ fi
bras: ⁊ fluentē p venas sanguinē: ⁊ crescentes ex vulneribus car
nes ⁊ obductas ad vltimū cicatrices: nihil posse lucis admittere:
nisi forte oculos naribus similes nasci volebat: vt nō tam oculis
q̄ foraminibus cerneremus: quo nihil ad speciē faedius ad vi-
sum inutilius fieri posset: Quātulū. n. videre possemus. Si mēs
ab intimis penetralibus capitis: p exiguas cauernaꝝ rimulas at
tenderet. Ut siqs vellet trāspicere p cicutam non plus, pfecto cer
nat: q̄ cicute ipsius capacitas cōprehēdat: necesse est. Itaqꝫ ad
vidēdum mēbranis potius in orbē conglobatis opus fuit vt vi-
sus illarū spargeretur: ⁊ que in primiori facie adherent: Libere
possent oīa cōtueri. Ergo ineffabilis diuinae puidentiae virtus
fecit duos simillimos orbes: eosqꝫ ita deuinxit vt nō in totū con-

uerti. Sed moueri: tamē ac flecti cum modo possent. Orbes autem ipsos humoris puri ac liquidi plenos esse voluit: In quoꝝ media parte. Sintillae luminū conclusae tenerenť: quas pupillas nūcupamus in qbus puris ac subtilibus cernēdi sensus: ac ratō continetť. Per eos igitur orbes Se ipsam mens intendit vt videat miraq₃ rōne in vnū miscetť: ⁊ cōiungitur amboꝝ luminū visus. Preterea de oculis naturalium pꝛiceps. Aristoteles. Auerois atq₃ pleriq₃ oēs nāles Idonei auctores āplissime disseruerunt q̄ longū esset memorare. Itaq₃ ad caput sequens ꝓcedam⁹

De auriū naturalitatibus: deq₃ peculiaribus earūdē egrotationibus Infantis: ⁊ balbutientis caput sextum.

a ures sunt sonorū collectrices: mentis pīcerne lingue instructrices ⁊ passionū porte Aures dicte quasi audes. Iste enī tres littere videlicet. r. n. d. Galeoto ēt teste inuicez sibi cedunt. nam aruenā ⁊ aduenā pꝛisci dixerūt Aruenioq₃ ⁊ aduenio: que idez significāt. Aures opinanť nō nulli ab hauriendis vocibus dictas: qđ mihi min⁹ fit verisimile nā recte sine aspiratōe scribūť. Aures tā de animalibus dicunť q̄₃ de ijs que anima carent ab aure aurit⁹ adiectiuū venit quod nō mō ad audituz imo etiā ad auriū magnitudinē reffertur: nulla iccirco discretione ab hominibus ad reliqua animalia facta: q̄₃q̄₃ de hominibus tātū aures de bꝛutis vt plurimū: dicantur auricule. omne animal aurituz auriculas habet mobiles pꝛeter hominē. In posteriori parte capitis instrumentū est auditus: quod quidem non est sine ratione: quoniā parslla plena ē aere nec ibi caro est neq₃ cerebꝛū; ⁊ dicimus q̄ instrumētū sensus auditus est aereuz Sensus auditus ⁊ odoꝛatus sunt vie cōcaue cū aere extrinseco plene spiritu natnrali habente trāsitū ad uenas subtiles extensas a coꝛde ad cerebꝛū: Quocirca Albertus magn⁹ in opis de aīalib⁹ libꝛi duodecimi tractat⁹ tertij caplo scdo: igt q̄ glibet sensuū ē duplex: scdm dispositiōez suoꝛū oꝛganoꝛū ⁊ de dispositiōe auriū ⁊ pꝛecipue nariū folio cētesimo sexagesimotertio ⁊ sequenti: atq₃ i eiusdēz opis libꝛi deciminoni tractat⁹ pmi caplo sexto: de cāis bōitatis audit⁹ ⁊ olfat⁹ ex bōitate oꝛgani ꝓueniētib⁹ carta ducētesia trigesiagnta. auris cartilago si ēet exosse nimis r̄pcuťet

sonos: ꝛ si esset ex carne nimis molliter recepti perirent: In ea soni Ideo ingeniata est nã: ꝛ fecit eas cartilaginosas. Interioꝛ ps auris vocatur pars seposa: pars aũt exterioꝛ auris: que rotunditatem habet semicircularem: vocatur conca auris. Huius membri moꝛum Judicia non tacuerunt phisiologi: quãdo qdem aiũt magnitudinem aurium: loquacitatis: ꝛ stultitiae notam esse Plinius aures inquit homini tantum In mobiles Ab ijs flacoꝛum cognomina nec in aliam partem feminis maius impẽdiũ margaritis antiquitus dependẽtibus. Auicena folio centesimo septuagesimopꝛimo Notabile cudit capitulum de auris anathomia de qua sane ipsius quoqꝫ imitatoꝛ michael In opere pꝛacthicae sue scripsit amplissime atqꝫ ĩ opere de animalibꝰ Albertꝰ alemanꝰ. Aristotelesqꝫ ante omnes. Auerrois Atqꝫ naturalis phie omnes idonei ꝓfessoꝛes. Hipocrates. Maioꝛibus aurium humiditates interdũ Et hoc inquit est extra cursum naturae. Minoꝛibus autem plerũqꝫ accidunt qꝛ ex humiditate flegmatica eorum capita inundantur ꝛ bene quidem dixit q aurium humiditatẽ Infantiae ꝓpꝛie dicauit. Tota .n. nascentium coꝛpoꝛa sunt humidissima cerebꝛumqꝫ qđ ꝛ in aetate perfectis naturaliter est humidum Infantibus est humidissimũ Unde superflui humores per aures effluũt. Quocirca Rasis in sui operis quinto tractatu capitulũ cudit egregiũ de auriũ superfluitate purganda Atqꝫ in eiusdem operis tractatu p̃mo capitulum pꝛestans facit de foꝛma buccini auris.

¶ Preterea Paulus bagellardus in sui operis carta vndecima capitulũ scripsit. De humoꝛe ex infantis auribus fluente que nimirum egrotatio vt plurimũ accidit In pꝛima ĩfantis etate ex ipsius cerebꝛi humiditate cuius peculiaris cura est vt liciniũ veteris non puluerati. Sed nitidi bombacis infantis aut balbutientis naribus imponatur quod si minus conferat. Recipe alumen ꝛ dissolue cũ vino quo tinctũ liciniũ similiter imponat̃. Ad idem Recipe crocũ quẽ terre cum aceto ꝛ modico aque vitae ꝛ similiter imponatur que quidem omnino conferẽt in humiditatẽ Interea sciendum est duplicẽ causari In infantium auribus humiditatem: simplicẽ. vꝫ. ꝛ quasi venenosam. In venenosam valꝫ

mel cum aqua modica bullitum: ac tepidũ impositũ. Ad idem. conferũt mẽtae folia cũ aceto cõtusa: tẽperataq̃3: ⁊ molliter iposita. Ad idem Rasis. Recipe Mirti folia: vel gallae q̃ cum aceto distemperata molliter intromitte. Dolor aũt in infantis auribus significat: cum vagiens caput diuertit: ⁊ cũ manus vellamẽtis liberatas: vt plurimũ: ad aures applicat. Preterea signa r̃media q3 doloris auris Gulielm⁹ placẽtin⁹ de saleceto ponit in sui operis de sũma cõseruatiõis: ⁊ curatiõis folio vigesimoseptio qbus signis vel aliquo ipsoꝝ signoꝝ Si ifantis aurib⁹ dolorẽ inesse cognouerim⁹ Leporis maris coagulũ ꝓderit emplastratũ Joãnes damascenus in aphorismis. Apostema in pueris: cu3 sũma diligẽtia: ⁊ cautella curandũ est Inquit: neq3 introrsum violenti medicia redigẽdũ: ne natura ex humoris: quã adhuc habet a matrice copia nimis rep̃ssa succũbat. Aures apostemata bimode p̲ sequunt̃ extrinsecus videl3: ⁊ intrinsecus. Si extrĩseca sunt aurium apostemata. Paulum bagellardũ in capl̃o septio de apostematibus auriũ ab extra carta vndecima: ⁊ sequẽti duco cõsulendum: atq3 nostrũ viaticũ folio decionono: ⁊ sequẽti. Coeteru3 si sint intrinseca. Auicenã Sauonarollãq3 ⁊ auctores ab eo allegatos potissimũ cõsulamus. Gulielmus p̃terea placẽtinus de Saleceto in ope de sũma cõseruatiõis: ⁊ curatiõis capl̃m. lvi: notabile cudit de vlcere in aure folio. xxvij. nec nõ cõciliator folio.

De nasi ⁊ nariũ nãlitatib⁹ ⁊ peculiarib⁹ eorũdẽ ĩfantis ⁊ balbutiẽtis egrotatiõibus septimũ caput.

n Asus est via spirit⁹: odoꝝ aduocatio: ⁊ cerebri purgatoriũ ideo dicũt̃ in naso tria eẽ officia ꝯstituta vnũ ducẽdi spirit⁹: alteꝝ capiẽdi odoris tertiũ vt p̲ ei⁹ cauernas cerebri defluãt purgamẽta. vel nasus ẽ ĩstrumentũ sensus odorat⁹ cerebri seruus ⁊ cordis ĩterp̃s. Nasus est gñale vocabulũ nares aũt spetiale. Nares sunt que in naso vtrinq3 sũt patule ĩterstitio qdẽ separate: q̃ tñ oĩa collectiue nasus dr̃. Nasus a nãdo dictus naresq3: q2 p̲ eas nare spirit⁹ videt̃. Interstitiũ ab ĩterstãdo. v3. dictũ supra nasũ supcilia disterminãs q2 sine pillis: vt plurimũ: esse cõsueuit: glabra siue glabella noĩat̃. Glaber nanq3 sine pillis dr̃. Nõnulli ĩterstitiũ cartilaginositatẽ illã dicũt: q̃ i

naso ē inter vtrasq₃ nares:de q̄rū ⁊ nasi anathomia folio cētesimo septuagesimoqnto amplissime scribit Auicena. nec nō Albert⁹ aleman⁹ in opis de aīalib⁹ folio q̄rtodecimo. vbi insup de odoratu deq₃ olphatu pluria disserit nōbilia. Odoratus dicit̄ q₂ est odoris tact⁹ Sicut olphatus q̄ odore afficiat̄. Nariū recta ps q̄ in lōgitudinē ⁊ rotūditatē equaliter est porrecta colūna vocat̄. extremitas eius pirula a piri formula Quae vero dextra leuaq₃ sunt pēnule ab allaꝝ similitudine dictae. Mediū aūt interfinium p qd̄ virginitas in hoīe dignoscit̄. Aristoteles de naso scribēs p ipsū₃ inqt est ābelitus Et via sternutatiōis qm̄ vent⁹ multiplicatus in cerebro expellit̄ a nā. De nasi phisionomia dicit̄ cui⁹ nasi extremitas est subtilis erit ad leges idoneus. nanq₃ vir erit lites diligēs. Reliquaq₃. de nasi phisionomia apud Albertū alemanū in ope de aīalib⁹ est legere folio Rasis in p̄mo tractatu notabile cudit capl'm de figura nariū. Itē₃ in tractatu altero capl'm facit de significatiōib⁹ nariū Cornelius aūt celsus in sexto libro capl'm p̄stās cudit de nariū morbis:⁊ curatiōib⁹ folio Gulielmus interea Placētinus de saleceto iccirco egregiū cudit capitulum folio. xxix. qd̄ sequēti finit. Anguētū in carnis tumore₃ in naso vel inano. Recipe axūgie suis maris sallitae viridis eris aā. ō₃. v. ⁊ simul bene misce ⁊ vbi est morb⁹ ipone.

De labioꝝ ⁊ oris naturalitatibus Et balbutiētis peculiarib⁹ egrotationibus. caput octauū.

Labia nēpe que a lābendo noīant̄ sunt ciboꝝ receptacula dentiū vestimēta:⁊ oris valuae Qd̄ supius est aliq labiū dicūt. Inferi⁹ labrū eo q̄ grossius sit labrū. alij viroꝝ Labra Mulieꝝ labia dicūt. De ijs hactenus. Que aūt sue ꝓfessiōis sunt iccirco folio cētesimo: octuagesimoquarto atq₃ tricētesimo octuagesimoqnto Et i libro tertio. Amplissime scribit Auicena. Atq₃ in tractatu sexto Sauonarolla. necnō q̄ sue qdem ꝓfessiōis sunt in ope de aīalib⁹ Albert⁹ alemanus Hippocrates aūt q plus inuestigauit aetates q̄₃ āni tpa tāgens vniuscuiusq₃ etatis morbos:posuit oris vlcerationes in pueris pp oris instra infantiū tenera:⁊ mollia. vn̄ pp sui teneritu

dinē lac suggerꝫ nō possunt. Lac.n.q̄litates acutas: ⁊ aquosas hꝫ vñ nō est mirādū. Si oris vlceratiōes pueroꝝ fecit ꝑeculiares. vomit⁹ isup gulositate lactis: vt plimū: pueris cōtingit: ⁊ vigiliae inaturales: nimis.n. iterdū dormiūt. Interdū nimis vigilāt. Cā aūt est qꝛ stomacus ꝑꝑ infantium gulositatē corrūpitur. vñ fumi ad caput ascēdentes vigilias: ac timores generāt: qđ interdū etiā accidit etate pfectis terribilia in sōno videntib⁹ cū malis replenꝫ cibis. Infantiū labijs accidūt plerūqꝫ scissure quarū qdem esse pōt quadruplex cā: vel scilꝫ ꝑꝑ māmaꝝ duritiē vel ꝑꝑ lactis acuitatē: aut ꝑꝑ corruptionē: seu ꝑꝑ frig⁹ p̄serti aqlonis. Si ꝑpter tres p̄positas cās scissurꝫ caēnꝫ. Paulū bagellardū. In capitlo decimo de scissuris labioꝝ carta quartadecia duco cōsulēdūꝫ: ⁊ p̄cipue auicenā folio tricētesimo octuagesimoqnto vbi etiā đ manuū tractat scissuris. Scissure si ꝑꝑ frigus i infantis labijs caēntur. Remedia sunt infrascripta quoꝝ qdem p̄mū ⁊ p̄cipuū esse. dꝫ. vt infans a septētrionali p̄sertim frigore arceatꝫ. Deide Recipe medullā ossiū oniū siue bouū coctā: quā cū oleo .ro. liquefac ⁊ rimas vnge labelloꝝ: qđ vtiqꝫ remediū i scissuras ꝑderit nariūꝫ: atqꝫ manuū. Magis quoqꝫ ꝑderit si cere noue: vt fiat vnguētū modicū addatꝫ. Ad idēꝫ Recipe cere. ōꝫ. i. adipis arietis ōꝫ. i. olei. ōꝫ. qnqꝫ. terbētine. ōꝫ. ij. dragāti. ōꝫ. i. gallaꝝ. ōꝫ. qnqꝫ liquefiat cera cū adipe: oleo: ac terbētina reliquaqꝫ tenuissime trita p sindonēqꝫ cicotriconizata misceanꝫ: ⁊ fiat vnguētum. Ad idē Recide sepū ceruinū: quo labia punganꝫ: ⁊ sanabūꝫ. Ad idē Recipe masticē quē puluerizatū inoui albumīe agitabisꝫ: q̄ cōpositiōe labia molliter plinita sinceranꝫ. Plini⁹. Alumē infantiūꝫ ingt vlcera ibibet cū adipe. Rursus Plini⁹. plātago oiūꝫ generū vlcerib⁹ peculiariter femiaꝝ: senū: ⁊ ifantiū: igne mollita mollior: ⁊ cū ceroto crassa vlcerosa labia purgat.

¶ Gulielm⁹ placētin⁹ de saleceto in ope de sūma conseruatiōis ⁊ curationis caplm octuagesimū quartū notabile cudit de scissuris labiorū: ⁊ nasi folio trigesimosecundo: qđ finit trigesimotertō

¶ Os aūt ē gustus instrm corp⁹ nutriēs. os dictū qꝛ per ipsum quasi p hostiū: ⁊ cibuꝫ intus mittimus: ⁊ sputum foris eicimus. vel quia illac ingrediuntur cibi. Inde egrediunꝫ sermōes. Illi: ⁊

Infantis interdum labijs accidunt cum dolore vessicae vel ex lactis acumie vel ex corruptiōe. Quapter illa pariter vessicatio aut nimis erit: aut min⁹ acuta: Signa nimis acutae sūt: oris rubedo doloris vehemētia: vnde fit infans: vt plurimū: plorabundus. ⁊ saliuae fluxus habūdat. Signa vero pax acutae sunt. Cū vessice declināt ad albedinē: ⁊ cū hūor effluit q ad os descendit ⁊ tūc est minor dolor. vessicarū acutax. pma cura est corrigere lac nutricis cū cibis frigidis: ⁊ humidis. Deide masticet nutrix de lenticulis quā masticationē vt glutiat balbutiētis ore iponat: ⁊ amidi modicū superponat cum aqua. ro. distemperatū. Ad idem. Recipe aquā mallorū granatox: vel citōiox: quā misce cū succo porri vel vuae canine. pserti si vessicitas nimis acuta fuerit: ⁊ collerica. Vessicarū vero parui acuminis cura est: vt accipias mirrā ⁊ crocū an. ʒ. j. que puluerizata minuti imponant. Ijs Rasis i caplo ō pustullis: q accidūt i ore pueror addit duplū zuccari. Si aūt plagae fuerint nigrae: putridae: medicāde sunt cū medicinis quas in iuuenū aetatibus insinuat Galienus: atq Rasis nr. Et Bagellardus in sui opis de infantiū egrotationib⁹ carta duodecima. Pustullax aūt seu accolae oris infantis remedia Cuz ab Auicena Sauonarollaq: ac Rasi: ⁊ Ysaac i suox opex locis plurib⁹: tn a Bagellardo in octano caplo de postullis: siue accola oris: sufficiēter tractent paucis absoluā. Interea si ethiops vt aiūt: osculatus infantē fuerit valere h in habūdātiā saliuax ab ore exeūtium quas bauas vocāt: phibet. Mus assus si detī infanti ad comedēdū dessicabit saliuā ab ore sedulo fluentē. Si in ore vel alibi cācruz ifans patiet puluerē cornu ceruini: ⁊ corticē mali granati supasperge. De oris phisionomia Sparsum nimis os voracē: ac loquacē hominē significat. Reliqua iccirco in ope tractāt de aiallbus apud pcipue Albertū alemanū: ⁊ reliquos phisiologos vnde nos ad sequēs caplm accedamus.

¶ De gingiuax: ⁊ dentiū nālitatib⁹: ⁊ peculiarib⁹ eorūdē balbutiētis egrotatiōibus caput nonū.

Gingiue: qppe que a gignēdis dētib⁹ noiant: dentiuz sunt gnatiue ipsorūq radices: ⁊ ligamenta. Gingiuae cū natiuitati dētiū cedūt. dolorib⁹ balbutiētes afficiūt

Spasmus nihil aliud est nisi egrotatio a replectione nempe nimia causata Et vt plurimum carnosis nocet infantibus. Quocirca Albertus primum alemanus merito audiatur. folio centesimo trigesimotertio que a veteribus peripatheticis: vt ipse dicit: accepit vnum autem inquit quod pluries accidit pueris recenter natis propter plenitudinem eorum est spasmus ⁊ coetera Jccirco ibi. vꝫ. parum ante tractatum noni libri de animalibus plurima memorat notabilia. Auicena de signis. Sic iccirco dicit. Cum vrina infantis est viridis nuntiat paralisim vel spasmum ⁊c. folio centesimo quinquagesimoseptimo ⁊ sequenti. Rursus de signis euentus spasmi in pueris folio tricentesimo vigesimooctauo. Gallenus autem ellectuarium docet patienti spasmum iuuatiuum. vꝫ. Recipe mentastri. ro. cinamomi masticis. fu. meu. Ameos doronici gedoariae gariofo. añ. ʒ. ij. sandalorum ligni aloes añ. ʒ. i. musci. ʒ. sesqui vnge omnes rerum qualitates balsamo Et cum melle misce ⁊ da quottidie quartaꝫ partem vntiae Et si spasmus fuerit in toto corpore pone super spondilia dorsi. Recipe cerae ʒ. i. euforbij ʒ. i. ⁊ oleum quod sufficiat ac simul confice Et cum oportuerit vtere. Spasmum nonnulli rellaxationem nominant eo q͂ a viscosis humoribus neruos relaxantibus causatur. Accidit autem infantibus interdum in vno mēbro interdum in toto corpore ⁊ ipsum prohibet a motu eius mēbri in quo est vel totius corporis. Cura eius nisi genialis fuerit est primum dare nutrici Sirupum factum ex medicinis subtillantibus Et sit eius cibus valde siccus reiqꝫ bene assatae Et non comedat carnes duras nec pisces Et in pauca q͂ntitate vinum bibat non limphatum Et aliquando pri usqꝫ infans lactetur ponatur in balneo vnganturqꝫ ipsius Jn quo maxime patitur membri iuncture oleo castorei Et antescripto Galleni ellectuario vtatur quottidie. Micael preterea Sauonarolla. De spasmo prestantissime disputans folijs suae practicae octuagesimoquarto quinto ⁊ septimo allegat plerosqꝫ. Jccirco egregios auctores ad quos cum opus fuerit Duco recurrendum. Interea memorabilis precipue est antonius guaynerius quippe qui de spasmo tractatum cudit ad mirabilem. Jn

eiusdem sui nempe operis folijs quadragesimoprimo Et non nullis sequentibus. Item Paulus bagellardus in sui operis carta octaua. Jacobus interea de dōdis patauinus aggregator In sui de aggregatione operis Spasmum prohibentia memorat folio Notandum insuper est spasmum aliter esse ex repletione aliter vō ex inanitione curādū. Si ex repletione causetur custodienda est nutrix ne ipsius ad nimiam lac humiditatem idest aquositatem declinet. Sed cibis vescatur lac substantiātibus ꝛ incrossantibus Et abstinendus infans est a nimia lactatione ꝛ nimio somno cū reliquo regimine: quod idem bagellardus docet. In sui nempe operis capitulo tertio. De spasmo puerorū folijs octauo: ꝛ nono Proderit Iccirco etiam ad salubrem librum nostrum recurrere In capitulo de relaxatione folio quinquagesimoseptimo ꝛ ad viaticum folio decimoquinto. Preterea vnguentum in spasmum optimum fit hoc modo. Recipe pulegium baccas laurinas ciminum anī. omnia pulueriza Et cum melle misce: ꝛ fac bullire Et pone tepidum in panno lineo super locum dolentem vel patientem. Sunt qui dicant dentem lupinū ad infantis collum pendentem eum a spasmo bene defendere. cautellam autem huiusmodi esse bonam puto priusꝗ̄ spasmus accidat. Itaqꝫ ꝗ̄ primū omnia que in hoc libro ad īfantis collū pendulla conferre traduntur Sint statim ad cautellam nempe pensilia. Spasmus aūt ex inanitione causatus alchutes nomen vsurpauit. haec egrotatio ex inanitione vel febre vel frequēti ploratu vel rebus exsiccantibus causatur. quapropter nequit se infans interdum flectere. In alchutem autem quoniā Regimina: ꝛ curas antescripti sufficienter insinuāt auctores. Nos ad alia mētem cōuertemur.

De thetano cum spasmo: ꝛ sine spasmo caput. xvj.

N Thetanum cū spasmo: ꝛ sine spasmo: atqꝫ de spasmo ipso spāliter Auicena folijs cētesimo quinquagesimooctauo: nono: ꝛ cētesimo sexagesimo pleraqꝫ cudit capitula notabilia: ꝛ Micael nr̄ in sue practice

tractatus sexti capitulo altero. de spasmo ac thetano tractat vberime: qppe qui duo iccirco auctores cū a Sauonarolla iccirco scilicet allegatis vel reliqs omissis satis erunt. Distrahit vtiqz animū multitudo librox. Itaqz pbati: qm̄ etiā ad omnes nō sufficit vita humana: tn̄ legendi atqz sane intelligēdi sunt. Nos: qm̄ nimiū iaz hic liber grandescit: qd reliquū ad infātiā ptinere sentimus cellerie percurramus.

De sabarra: ⁊ nimio balbutientis ploratu caput. xvij.

n Imia noctu maxie vigilatio: pindeqz ploratio infanti ⁊ balbutienti accidit ex lactis corruptiōe: cuius precipua cura est: quā bagellardus docet in sui opis capitulo qrto de instātia vigiliarū carta nona. Atqz i capitulo de vigilijs puerox Rasis: ⁊ in eius tractatu qnto capitulu3 scripsit de sabarra: ⁊ nostrū viaticū carta. liij. Auicenaqz folio cētesimo quadragesimooctauo ⁊ eius pedissequus folio septuagesimosecūdo Sauonarolla: nec nō Antoni⁹ guayneri⁹ folio qnqgesimo. huiusmodi pterea hincinde iccirco repperi iuuatiua. Anisum puluino suspensum: Ita vt infantes dormientes odorent leuat in somnia: ⁊ que Jacobus de dundis patauinus aggregator iccirco ⁊ ipse posuit iuuatiua. folio

De subeth: ⁊ mortificatione caput. xviij.

p Ost sarrbā coueniēs est loc⁹ subeth: qppe subeth nihil aliud ē nisi somn⁹ superfluus vn̄ mortificatio qnqz cātur: l3 pposterē aliqb⁹ hunc forsam locasse morbū videamur. Nāqz fere oēs pipathetici. Subeth p sarrbā postea locauerūt. tn̄ vt puto eqde3 nō sine rōne sic posui. nascuntur. n. fere oēs q viuunt infantes: vigilātes. Deide sopor eos: vt plurimū: salutifer. Interdū opprimit iportun⁹: vt est subeth: quocirca pcipue. Auicena notabiliter tractat folijs centesimo qdragesimoseptimo: ⁊ nōnullis sequentibus: ⁊ Sauonarolla folio septuagesimopmo: ⁊ sequēti necnō Antonius guaynerius folijs vigesimo: ⁊ nōnullis pxime sequētib⁹ vsqz ad tractatū sextū de incubo: qppe q tres Illustres auctores meo iudicio cuilibet

Iccirco vigilanti vel reliquis omissis: frustra nanque per plura fit: quod fieri potest per pauciora vberime satisfacient. Igitur ad sequentia procedamus.

De tussi et singultu caput. xix.

t Ussis et singultus: balbutienti: vt plurimum: accidunt ex causis: quas in capitulo. xij. de tussi: et reumatismo carta. xvj. Indicat bagellardus vbi atque in sequenti satis bene docet remedia. Quocirca in libro de egritudinibus iuncturarum Rasis capitulo. De tussi puerorum nauat operam diligentem. nec non Jacobus de dundis Patauinus aggregator. In sui de aggregatione operis tractatu tertio capitulo x. folio nonagesimoseptimo tussi puerorum contrariantia plurima memorat notabilia. libellus insuper extat: qui pauperum thesaurus appellatur. In cuius capitulo contra Reumam: et capitis dolorem notabilia Iccirco plurima continentur: atque in libelli salubris nostri capitulo de tussi puerorum carta quinquagesimaquinta preterea eruca subtrita: et balbutientis pectori tepida apposita tussim sedat. Idem spongiae lapillus facit collo suspensus. Idem: vt aiunt: fit si huiusmodi scriptura. In carta noua fit balbutientis collo suspensa vz. pax pax vita spiritus sanctus Remedium In ipso cum ipso et per ipsum amen. cum crucibus que per spatia vacua significantur.

De stomaci redundatione: et vomitu.

s Tomaci redundatio: et vomitus aetati motiuae ex causis accidunt: quas bagellardus indicat in capitulo tertiodecimo de vomitu folijs decimooctauo: et nonnullis sequentibus: atque salubris liber noster in capitulo de vomitu folio quinquagesimoquarto: et sequenti: Atque insuper in libro de egritudinibus iuncturarum Rasis capitulo de vomitu in pueris. Preterea Gulielmus placentinus de saleceto in operis de summa conseruationis: et curationis capitulo centesimo duodecimo de spetiebus vomitus folijs quadragesimoquarto: et quinto plurima iccirco docent notabilia: quippe quae per auctorum dignitatibus iure moeritoque preposita remedia hincinde a me reperta

sequũtur infrascripta. Redũdatio vicissitudine quadã ex stomaco vomitalis: vt plurimũ: accidit ex stomaci frigiditate ꝛ ventositate: opeptiuz ante oĩa precipuũ regimẽ est calore suaui diligẽter erga aluminũ suã opam nauare nutricẽ In dolorẽ aũt stomaci renũ vel latez. Recipe maluã: marubiũ: apium: mel: farinã: ꝛ salis modicũ: q̃ simul cõfecta calida super dolorosum locũ applicẽtur. Ad vomitũ reppimẽdũ valẽt absinthij oleũ: ꝛ gariofoloz pluis simul mixta: ꝛ q̃ztũ pari potest egrotus calida stomãcũ suplinita g petijs insuper: ac pellitijs sit calidis fomentatus haec ter in tribus noctibus reiterãdo: ꝛ frigus euitando vomitũ aiũt bene repmere. Oleũ stomaco peculiare sic fit. Recipe canelle. õz. sesq vz vntie dimidiũ: gariofoloz. õz. ij. masticis. õz. i. cũ dimidia Spice nardi. õz. ij. q̃ bene cõtusa: ꝛ bene simul mixta ĩ vitreo vase ponãtur: In quo etiã lb. i. puri olei supfundat qd vas p totã aestatem sol calefaciat vsq ad septẽbrẽ: quo tpe citonia sunt matura: ex qbus succi ciatus exp̃mat: q in dicto quoq vase supfundatur Et ad solẽ reponat. Anctionẽ huiusmodi ad vsum seruatã stomaco aiunt bene cõferre. Ad idẽ. Iũnij mẽse aliqui in diui dicũt Ioannis baptistae vigilia aere sereno. Recipe tm̃ floz herbae: q̃ dicit sancti Ioãnis: q ipsis implere possis vnã botiã vitream: ꝛ bene ĩculca. deĩde paz puri olei supfunde. Postea os botie bene claude cũ cera. deinde botiã ipsaz subterra ꝛ aliqd ne ĩber penetret suppone: ꝛ sic vsq ad sequentẽ ãnum dimite: ꝛ sequẽti altera simili vigilia: botiã exime: ꝛ ad solẽ pone p totũ Iulium. deinde ad vsum serua hoc oleũ ad p̃dicta valet: ꝛ ad multa alia. Ad idez Recipe tm̃ pãni ostrini cũ q̃zto possis vnũ coꝛ facer super qd tm̃ extende resine pinguis ꝛ recẽtis q̃ztũ sufficiat sup quam asperge gariofoloz puluerẽ: ꝛ coꝛ illud balbutientis isophago applicet. ꝛ si oportuerit reiteretur.

De reumatismo ꝛ sternutatiõe peculiari caput. xxj.

Rigiditas in p̃ma etate: vnde sternutatio cãtur facilr accidit etati motiuae: q̃ ne accidat nutrices oportet piẽtissime fouere infantes p̃sertim hieme cum calefactiõinibus. namq magna frigiditas cũ egestiõis p̃sertim

madefactione infanti plerũq3 mortis est causa. Sternutationis future signum est cum oculi profundãtur: ꝛ superuenit febris cura eius est ꝙ sup cerebrũ ponantur extrinsecus folia portulacae vel rasura cucurbitae cum oleo ro. ꝛ farina ordei: ꝛ caput vngatur cum oui vitello: ꝛ oleo. preterea Recipe rutam pentafilon Saluiam: ꝛ Rosmarinum que in oleo bulliant quo ĩfans vngatur a colli nodo per spinam ad inferioris dorsi nodum. In pectoris autẽ grauedinem. Recipe allium sub cineribus assatum quod mundatum cuz tundatur ꝛ cum butyro incorporetur quo tepido infantis seu balbutientis plantae vngantur ꝛ proderit. Sternutationum genera Et iccirco quelibet. Ita Micael noster folio cẽtesimo vndecimo diligenter distinguit ꝙ superfluum reliquos iccirco puto consulere methaphisicos igitur ad vlteriora cursim est procedendum.

De gibositate spondiliũ dorsi peculiari caput. xxij.

b Umeros habet homo maiores respectu corporis aliis animalibus. Ad portandum Et substinendum humeri creati sunt ex ossibus fortibus ꝛ carne in ea nempe parte patientiori Ijs ĩsunt scapule ossa lata tenuia que proportionali humerorum latitudini satisfaciunt carnem fulciẽtes In ambitu ac moderata tenuitate ellegantiam pectoris ne fedarent In gibositatem autez spondilium dorsi infantis vel balbutientis inter coeteros medicine auctores vgo precipue Senensis consilia ꝛ remedia docet folio octuagesimotertio Et sequenti Preterea Micael noster Auicenae quasi ductu notabile cudit capitulum de gibositate folio tricentesimoseptimo.

De vmbilici tumefactione Et eminentia caput. xxiij.

v Mbilicus est radix ventris per quam embryo dum pẽdet ĩ mr̃s vtero sibi sũmit alimẽtũ. vmbilici tũefactio Et eminẽtia aetati motiue ĩterdũ accidit ex nimijs vagitu ꝛ vociferatõe aut ex frequẽti ꝛ vehemẽti tussi interdũ ex casu Et pcussiõe Remediũ aũt ẽ vt accipiãt lupini ꝛ ĩ vino nigro ponãt ad mollificãdũ in quo simiter ponant stupa diligẽter

purgata ⁊ petie nitide panni linei · Deinde pone super vmblicū qui si flexibilis fuerit: eum cauterizabis in circuitu. Sed. non in loco flexibili ꝓpter cutis tenuitatē: Quocirca Celsus. ad vmbilicos inquit prominentes ne manu ferroqꝫ vtendum sit: Ante tēptandum est vt egrotus abstineat aluus ducatur: Imponant̄ super vmblicū cicutae ⁊ fuliginis singulorum partes vndecim cerusae lote partes. xiiij. plumbi loti partes. xviij. cum ouis duobus quibus etiam solatri additur succus hoc diuti⁹ impositū esse oportet ⁊ interi cōquiescere ⁊ cibo modico vti: Sic vt vitentur omnia inflantia. hic nimirum celsus intellexit De oīis etatis vmbilici ꝓminentia indistincte Pecularius autem in libro De egritudinibus iuncturarum Rasis capitulum specifice cudit De inflatione vmbilici puerorum: quo cum oportuerit ante omnia duco Recurrendum atqꝫ ad petri de argellata opus exquisitum folio octuagesimo nono. Iccirco insuper sauoranolla noster salutifera docet remedia: In capitulo de augumento vmbilici folio tricentesimo septimo Interea plinius Iccirco quidem inquit vmbilicis eminentibus psylion illinit̄ Iacobus preterea de dundis patauinus eggregator. in sui De aggregatione operis tractatu tertio capitulo vigesimo folio centesimo octuagesimo quinto. Infantiū ramici ⁊ eggressioni vmbilici cōtrariantia: nō nulla memorat notabilia

De ventris tortione ⁊ balbutiētis inflatiōe peculiari caput. xxiiij

Inflatiōis ventris infantis ⁊ balbutientis cās ⁊ remedia Impator docet Auicena: necnō ei⁹ i sua practhica Strenuus Tyro sauonarolla pterea Rasis ⁊ bonus Mesue atqꝫ pleriqꝫ oēs idonei naturales ⁊ specialiter In capitulo decimo octauo Bagellardus de tumore vētris infantium folijs vigesimo nono ⁊ sequēti vbi cū Auicena pariter Rasi Mesue remedia iccirco īsinuat salutifera atqꝫ noster salubris in capitulo de inflatione ventris folio quinquagesimo secundo. preterea vinca per vinca siue camedaphne herba in cinere decocta ⁊ excussa vinoqꝫ sparsa ⁊ ēplastata sicat tumores Idē absinthiū facit in vino albo coctū ⁊ sup ventrē ac stomacū ēplastatū Itē si puer inflat⁹ fuerit in parte vel totus. Recipe sumita

tes ebuli ⁊ sanbuci : quas in vino albo coque ⁊ in ipsis calidis balbutientem inuolue Itē recipe pullegium ⁊ ciminum :que simul confecta emplasta tepida super vmbilicum . Caninum sterc⁹ tenerum recens ⁊ calidum cum trito scilicet coriandro mixtū:emplastratū ventris proderit tortioni. Item suricinuȝ stercus: q̄ȝtū pugillus capit cū sale munitissimo ⁊ oleo tritum ⁊ cataplasmatū sedat ventris dolorem : Iteȝ in omnes ventris dolores . Recipe taxonis cerebruȝ :quo in oleo bene cocto venter liniatur

De siccitate ⁊ stipicitate peculiari caput .xxv.

q uoniam stipicitas omni etati presertiȝ motiue valde ē discriminosa ⁊ pleruncꝫ letbifera Ideo noster bagellard⁹ i capitulo xv. De infantiū stipicitate folijs vigesio secōdo ⁊ sequēti iccirco remedia docet exq̄sita : Atcꝫ i libro de egritudinibus iuncturarū Rasis capitulo de constipatiōe puerorū ⁊ salubris noster in capitulo de cōstipatione folio quiquagesimo quīto atcꝫ in capitulo de oleis laxatiuis folijs quadragesimo q̄rto ⁊ sequēti vbi laxatiua ⁊ solutiua fieri poma docȝ salutifera Fomentūcꝫ seu fumigiū laxatiuum prestantissimum Preterea in libelli:qui pauperū thesaurus nominatur capitulo remediorū ad disponēduȝ ad idem salutifera multa cōtinētur . Puerorum insuper laxatiua Iacobus de dundis aggregator In sui de aggregatione opis tractatu quarto folio vigesimo secūdo memorat notabiliter Instipticitatem iterea valēt: fel taurinuȝ Aloe Salgema ⁊ oleuȝ bene simul mixta :si ex ea cōfectione lienis sūmitas siue inferior regio circuȝ iungatur. Ad idem recipe malue radicem:quā coque ⁊ cū bona pinguedine suilla veteri minutim incisa ⁊ mixta ⁊ in olla terrea simul cocta furfure modico imposito :tepidam balbutientis stomacū superpone :leniter ventrē mouebit Item mene salse cum taurino felle tepide vmbilico illite aluum soluunt . Item ad solutionem superius per vomitū vel inferius per egestionem . Recipe fel taurinumterbentinam aloem que instar ceroti cōfecta si vis mouere superius pone super stomacū Si inferius super vmbilicum . Item instipticitatē . Recipe malue radices :quas coque ⁊ cum axungia cūfice suilla. De ide Re-

cipe patellam cum furfuris parum hec simul cōfecta stomaco ca/
lida applicabis. Rursus vnguentuʒ bonū laxatiuū ventris quo
vmbilicus vngatur in q̄ɫtitate auelanae. Recipe meʒereon succi
absinthij: succi mercurialis: succi cucūeris asinini: succi esulae. an̄
ōʒ. ij. eleterij: succi cataputiae an̄: ōʒ. ij: succi ellebori albi: ⁊ nigri
an̄. ōʒ. ij: succi iterioris sqlle: succi ficiāis an̄. ōʒ. ij: succi radicis
ebuli: succi corticis mediāi sābuci an̄. ōʒ. ij. lactis titiali. ōʒ. v. cāo
millae. ōʒ. iiij: succi herbe iue. ōʒ. iij. nucis vōicae. ōʒ. ij: succi her
modactilorū: a corij brionie. an̄. ōʒ. iij. diagridij. ōʒ. ij. Isti succi
misceāt̄ cū pulverib⁹ rerū q̄ indigēt pulueriʒatione: ⁊ incorporē
tur cum axungia porci maris: ⁊ cū cera vnguentum fiat: quod vē
treʒ soluit Si vel tm̄ pulsus vngatur. Rursus vnguentū: quo so
la manuū vnctio facit euomere: pedum vero facit assellare. Reci
pe ellebori albi: ⁊ nigri hermodactilorum: acori: iusquiami: succi
semperuiuae succi brioniae an̄. pulueriʒanda pulueriʒent̄: ⁊ ista
oīa cum suilla axūgia vetusta conficiātur si nimium duxerit: locus
vngatur cum populeon. Rursus alibi sic repperi. vʒ. Recipe el
lebori albi: ⁊ nigri: hermodactiloꝝ tapsiae: iusquiami: acori succi
semperuiue brioniae. an̄ partes equales. ista oīa misceantur Et
cum axungia veteri suilla conficiantur: ꝓuocat vomitū extra po/
situm. Si ex quouis felle ab vmbilico superius liniatur: ab vm/
bilico vero inferius ꝓuocat secessum. Similiter yera rufini cum
olei amurca inuncta superioribus lacertis brachiorum ꝓuocat
vomitū. Inferioribus vero lacertis inunctis brachioꝝ: ꝓuocat
secessum. Iteʒ vnguentū laxatiuū. Recipe aluminis de pluma
ōʒ. ij. salis gēme. ōʒ. i. butiri qđ sufficiat. Tragea experta ad edu
cenduʒ humores flegmaticos: grossos: ⁊ viscosos de stomaco: ⁊
iuncturis. Recipe turbith boni: ⁊ gumosi ōʒ. x. hermodactiloꝝ
ōʒ. v. cerē. ōʒ. iiij Sene anisi feniculi an̄. ōʒ. ij. ʒuccari albi: ⁊ du/
ri ad pondus omnium.

De humiditate ⁊ fluxu peculiarj caput. xxvj.

Fluxus: ⁊ humiditas nihil aliud est nisi stipticitati: ⁊ sic
f citati nimia contrarietas. Huius egrotationis curam
Paulus begellardus cū auicena Rasi Mesue Et

Galleno in capitulo.xiiij.de fluxu infantiũ folijs vigesimo Et se quenti:atqȝ vigesimoquinto in capitulo eoꝝ que sedant fluxum atqȝ in eoꝝ capitulo:que sanguinem restringunt Et ventrem cõ stipant folio.xiiij. Gulielmusqȝ placentinus de saleceto. In operis de sũma cõseruatiõis ⁊ curatiõis capitulo cẽtesimo vigesimo octauo de fluxu ventris folijs qnquagesimotertio:⁊ duobus sequentibus:diligentissime docuerunt. Jacobus de dũdis patauinus aggregatoꝛ fluxui ventris in pueris contrariãtia memoꝛat ĩ tractatu tertio capitulo.xv.folio centesimo quinquagesimo septimo notabiliter. Preterea lepoꝛis maris coagulũ sup ventrẽ tepidum ꝓderit emplãstratũ. Itẽ capꝛe pilloꝝ vstoꝛũ fumigiũ fluxum sedat. Itẽ puluere coꝛnu ceruini vsti foꝛamine ani aspso fluxus sedatur. Fabe in acri aceto bene cocte ⁊ sup Isopbagum:⁊ ventrẽ tepidae emplastratae fassiato puero cũ It cubatũ multuȝ stringunt. Similiter rosmarini folia in aceto bullita deĩde sup vẽtrem tepida emplastrata valde cõstipant. Idem suffumigatio facit decoctionis poꝛꝛoꝝ. Ad idem recipe peluim vnam fabarum cum coꝛticibus que ĩ aceto acerrimo bulliant Et ex eis sic feruẽtibus fiat stuffa sub ano ter vel quater. Altera stuffa vtilis ad strigendum recipe tbus albuȝ mirrã rubeã:⁊ rosmarini ligna sicca: ex quibus sup sellulã recluso ano sedẽti patienti fiat fumigiũ per dies septẽ vel nouẽ:vel plures donec opoꝛtuerit. Item Masticinum oleũ fluxũ sedat: olei aũt masticini si opus fuerit compositionem In salubꝛi nostri folio trigesimoquarto lege:disceqȝ foeliciter.

De vtroqȝ thenasmonis genere caput.xxvij.

Thenasmon nihil aliud ẽ nisi egrotatio cũ egerẽdi cõtinua:⁊ vt plurimũ frustrata volũtate cui⁹ egrotatiõis vt ĩ capitulo sextodecio de ĩfantiũ thẽasmõe. Idẽ distiguit bagellardus pꝛĩcipalr̃ due sunt speties.vȝ.ṽa ⁊ nõ ṽa:quocirca cũ aliebate Serapiõe:Ysaac:⁊ Gallẽo plĩma ĩ eodẽ capl'o docet remedia. Itẽ auicena ĩ ei⁹ voluminũ locis plurib⁹:⁊ nr̃ Michael folio ducẽtesimo vigesimotertio. Preterea Jacob⁹ de dundis patauin⁹ aggregatoꝛ thenasmoni ꝯrĩãtia memoꝛãt. In sui de aggregatione opis tractatu tertio capitulo.xv.

Interea Plinius iccirco moerito audiatur thenasmos.i.crebra: et inanis: inquit: voluntas egerendi tollitur poto lacte asinino. Item capilli veneris aqua ieiuno stomaco proderit epota. Idem herba mercurialis operatur in aq comuni ad decoctionē bullita. deinde illius iuris recipe duas scutellas: i quo pone poculum vnū olei cōis optimi: et simul misce. haec medicina sine sale detur Ieiuno patienti: et in egrotationē pcipue pderit q vulgariter dicit mal de pmiti. Ad idem Recipe vnū ouū: qd in vase paruo terreo pone: et acetum albū acerrimuz superfunde. et igni pone ad bulliendum. Sed parum bulliat sub aceto. deide ouum excipe: et frange: et patienti vitellum ministra insorbitionem hoc omni mane fac vsqz ad tres terminos. primus autem termin⁹ sit vsqz ad tres dies secūdus ad quinqz tertius ad septē ad quem vsqz terminū nisi pderit non reiterabis. Alibi sic repperi ex ouo medicinā. Recipe duo seu tria oua: que i aceto albo acri coque donec dure fiant deinde munda ipsa a corticibus Et quodlibet ouū incide p longū in quatuor partes: et pone in vna scutella: et statim acetuz recens superpone: et aromata que vulgariter spetie dicūt: et bene misce: et sic patiēti ministrā ad comedendū hoc si ter in triduo feceris egrotus liberabitur quod nisi fiat non reiterabis. Sed sic ad vlteriora erit pcecendū. Recipe vnā galinam nigrā: quam interfice: ac de pluma non tangens aquam deinde assa ipsam bene: postea fac eam bullire ad consumptionē et vicissim ius quottidie dabis patienti: et valde pderit. Ad idem Recipe peluim: seu testum terreum nouū: in quo pone prunas ignis. deinde Recipe sex vel septem ficus siccos: et ōz. iij. vel circa cere nouae: ac thuris tantūdem: et foliorum septem arridi rosmarini que omnia pone super illas prunas: et ex fumo in sella fac balbutienti fumigiū qd nempe si fiat ter in triduo liberabit. Ad idē fomētū seu fumigiū siliter fiat ex sorico in aceto bene bullito. Ad idē Recipe duo vel tria oua: q i aceto ad idurationē coquāt deide abiectis albumib⁹ vitella tm̄ i scutella cū aceto et arōatib⁹ ɔfecta patiēti in cibū mistrabis h ter i triduo fac: et valde pderit. Item in thenasmonez: Ruta bullita: et expressa tepida locus em plastretur. In voluntatem frustratam egerendi sic oportet clistere

rizare. Recipe vnā scutellam brodij pulli galinacei pinguis: vnā vntiam zuchari medium scutellinum ordei seminusti: quod pone ad bulliendum in dicto brodio: atq3 etiam oui vitellum impone: et ciatum medium olei ro. Amplius herba mercurialis cocta cu3 oleo condita valet. Amplius Recipe vnū testum terreum nouū In quo prius pone cinerem calidum postea carbones accensos deinde Recipe lb. esq. ficuū siccorū et aliquātulum cere nouae: ac thuris et aliquot folia oliui benedicti: et super testum siue olla3 illam sic preparatam: et positam in vna sella latrinaria alta sedeat infans vel puer: vt suffumigetur. hoc similiter ter in triduo fiat: et liberabitur In febrē aute3 inde causatam. Recipe Taxonis adipem quo febricitantem inunge: et proderit. Item in febrem acutam Et epatis calefactionem in nostri salubris libri dica decimaseptima remedia nōnulla continentur in febris autem fine idest post paroxismi feruorem vngantur pectus: et humeri vnguento ex oleo violaceo amigdallis dulcibus: et axungia suilla recenti cō fecto.

De lapide in vessica generato et vrine difficultate caput. vigesimūoctauum.

I Apis aliquādo in balbutiētis vessica generatur quo interdum vrinae difficultas maxime causatur. Huius egrotationis remedia folio ducentesimo docet Auicena nosterq3 Michael folio ducētesimo sexagesimo quarto: atq3 Gulielmus placentinus de Saleceto in libri de summa conseruationis: et curationis capitulo centesimo quadragesimotertio folio quinquagesimooctauo. Rursus idem auctor Et in eiusdem libri folijs quinquagesimonono: et sequenti. In lapidem plurima scribit notabilia. Jacobus de dundis Patauinus aggregator puerorum lapidi contrariantia memorat in eiusdem operis tractatu tertio capitulo decimooctauo folio centesimo septuagesimosecundo. Rursus idem auctor puerorum difficultati vrinae contrariantia memorat in eiusdem operis tractatu tertō capitulo. xix. folio cētesimo septuagesimoseptīo necnō i salubris libri nostri capitulo de lapide: qui generatur i vessica pueri folio quinquagesimoseptimo plurima iccirco remedia continent. In-

terea Rasis in libro de egritudinibus iuncturarum: notabile cu-
dit capitulum de lapide In vessicis puerorum. Item plinius In
naturalis historie libri vigesimi: capitulo .xxiij. icirco merito au-
diatur Meu infantibus cum apio illitum imo ventri vrinas mo-
uet. Idem fit sexcupede virge foramini viuo iposito. Aqua frã-
gens lapidem in renibus vel vessica. Recipe succi saxifrage lb ij.
Millefoli: succi petrosilij añ lb .j. aceti albi puri facti ex optimo
vino tertiũ unum videlicet ʒ .ix. omnia simul misce ⁊ per allam-
bicum distilla ⁊ quod inde fluet In vitro bene clauso ad vsũ ser
ua: ex hac aqua da patienti ad bibendum mane Ieiuno stomaco
proderit Insuper post cibi aliquantam digestionem dare in me-
ridie vesperiqꝫ post merendinã ⁊ ante cenam. Ad vrinandũ re-
cipe vernaculo inqꝫ sermõe rapanellũ: quẽ tunde ⁊ succũ extrahe
quẽ puero dabis ad bibendum ⁊ cito vrinabit.

De vrine fluxu ⁊ stillicido caput .xxviiij.

Dicto de causis difficultatis atqꝫ de ipsa puerili vrine
difficultate. successiue dicendum nunc est de ipsiꝰ flu-
xu: quocirca ante omnes Auicenam folio ducentesi-
mo ⁊ achatem suum folio ducentesimo sexagesimo se-
xto atqꝫ bagellardum. In capitulo vigesimo de impotentia con
tinendi vrinam ⁊ minctu in lecto folijs vigesimo secundo ⁊ sequẽ
ti duco consulendos: necnon Gulielmum De saleceto capitulo
centesimo quarto folijs quinquagesimo octauo ⁊ nono. Iacobꝰ
autem de dundis patauinus aggregator: puerorum distillationi
⁊ mictui in lecto contrariantia ab Auicena quidem plinioqꝫ pre
sertim sumpta: tractatu tertio capitulo decimonono folio centesi
mo septuagesimooctauo mẽorat notabiliter. Preterea belitro-
pij folia maioris: qd Syriasim vocãt: balbutientibus seu pueris
imo eoꝝ distillationibus illita medentur. In ipotentiã retinendi
vrinã. Recipe ciperi. ʒ .ij. nigelle sinapis cardamomi nasturtij.
añ. ʒ. i. puluerizãda: puluerizent: ⁊ cũ oleo ompbacino distẽpe
rẽtur: ⁊ priꝰ qꝫ cubatũ It ex hoc liquore ille sorbeat: cui opꝰ fue

rit:⁊ deide mane stomaco ieiunio. Ad idẽ Recipe par sanguinis
draconis:⁊ subtiliter pulverizatũ in vino: vel alio quẽ malluerit
liquore lacte excepto bibat puellus.

De hernia: ac testiũ tumefactione caput.xxx.

b Erniae: seu crepaturae puerorum causas bagellar-
dus indicat in capitulo vigesimoprimo. de ruptura:
seu hernia folio trigesimotertio vbi successiue Juxta
sententias Dioscoridis: Auicenae: Serapionis: Et
Galieni: remedia memorat vsqꝫ ad capitulum vltimum de pru-
ritu. Item in libri salubris nostri capitulo de hernia folio sexto-
decimo: necnõ trigesimosexto:⁊ quinquagesimotertio: atqꝫ in li-
bri de egritudinibus iuncturarum rasis capitulo de crepatura
puerorum:⁊ in Petri de argellata libri folio. Ad idem
recipe fabas excoriatas: ac tritas:⁊ i vino albo austero calido cõ
fectas emplastrum huiusmodi vbi opus fuerit superpone mutã
do bis in die Et super ferat sublicagulum adhoc aptum p dies
xxx. Rursus rutae folia tria calefacta Et emplastata atqꝫ sepius
in termino. quindecim vel sexdecim dierum proderunt iterata.
Item radices herbae magnae quae nascitur in locis palustribus
Et habet folia instar ensis longa lata:⁊ acuminata cõtusae iuuãt
emplastatae. Amplius si intestina. vꝫ. descenderent in testiculos
Recipe porrorum semina:⁊ ea coque in seuo ircino: quod cum
dictis seminibus sufficienter mixtum tepidum:⁊ super emplasta
tum iuuat. Item leporinum stercus cum melle mixtum iuuat em
plastatum. Ad idem caprae caput coctum cum pelle:⁊ comestũ
ac eius ius epotum iuuat. Emplastrum in rupturam. Recipe fi-
cuum: Aloes: Masticis: boli. arme. coloquintidae litergiri. añ.
õʒ. v. Amõi: visci quercini añ. õʒ. v. vtriusqꝫ aristologie: mirrae:
thuris: terbẽtine: galle. ro. gumi. ara. Radicis cõsolide maioris
bdelij: Sarcocolle. añ. õʒ. ij. hec: vt cõuenit: simul mixta Juuãt
ẽplastata. Rursus ẽplastrũ i rupturã pueri: qđ fieri qđẽ dꝫ i pri
mis. pri⁹ tñ fiat balneatio diligẽter ⁊ bracale:⁊ rupture suppone

terbentinam cum pauco sarcocolle tẽperate ⁊ liges bracale stri-
cte ne cadat ẽplastrũ. iaceatq; patiẽs supinꝰ vsq; ad dies xij. vel
plures si oportuerit eius dieta sit tenuis liquida ⁊ digestibilis ⁊
In omni ipsius cibo ponatur galla ⁊ maior consolida ⁊ succꝰ ra
dicis brusci ⁊ custodiatur ab ira Rursus emplastrum pro crepa
tis. Recipe picis naualis liiergirij cere albe ⁊ rubee colophonie
armoniaci galbãi an. ʒ. v. visci q̃rcini ʒisi mirre thurisi añ. ʒ. iiii.
boli armẽij nucũ cupssi añ. ʒ. j. gallaꝝ ʒ. ij. terbẽtine ĩ aceto lo
te ʒ. j. sãguis hũani ʒ. iiij. acatie sãguis dracõis mumie añ. ʒ
iiij. Itẽ ẽplũ;. In rupturã. Recipe picis naual picis grece cere
albe ⁊ nãlis ʒ. iiij. galbãi arõatici oppopon serapini bdelij oĩu;
añ. ʒ. ii. masticis olibani sarcocolle vernicis sanguinis draconis
mumie boracis calami armotatici: lapidis calaminaris aspalti bo
li armẽij litergirij sumach nucis cupressi gumi edere aloe epatici
mandragore aristologie longe. ⁊. ro. terbentine consolide maio
ris ⁊ minoris omnium añ. ʒ. j. Aqua ad crepatos. Recipe con
solide maioris ⁊ minoris: caude equine: Radicum brusci radicũ
cressonij cucurbite herbe ⁊ radicis filipendule añ: que distillent̃
ad allambicum Item in rupturam siue crepatos ⁊ carnes cor
ruptas ac Incisas ⁊ oĩbus mirabiliter ꝯuenit crepaturis: adeo
vt infra semptem dies sanum ⁊ allacrem hominem Reddat: La-
us deo. Recipe picis maualis ʒ. iij.: litergirij cere albe ⁊ rubee
colophonie armoniaci seraphini bdelij masticis celamine añ. ʒ.
iij. visci quercini ʒ i j. terbentine ʒ. ij. vermiũ terrestium ʒ. iiij.
galle ʒ. j. Radicis consolide maioris ⁊ minoris lapidis emathi-
this gipsi boli armenij mirre olibãi aristologie longe ⁊. ro. añ. ʒ
ij cruoris hominis recenter flobothomati lb j. Sanguinis draco
nis mumie aloes cabalini ʒ. vj. cõfice sic. pellẽ arietina; recentẽ
sine pillis frustatim ⁊ minutim Incisa; bene coque: adeo vt tota
liquefiat ⁊ aquam liquefactionis eius pone in olla in qua p̃dictũ
coque medicamen: Et primum viscum pone: in ellixatura pellis
⁊ ad tertiam partem iam de coctum paululum moueatur De in-
de iter vallati liquefiant cera alba ⁊ rubea ⁊ pix In aliaq; patella
liq̃facta collent̃ et ponant̃ indicta ellixatura et postmultã decocti
onẽ addat̃ t̃bẽtina de ĩde litergiriũ ⁊ bñ moueat̃ ne q̃d adhereat

cacabo. Deinde addantur colophonia: masti: : mirra: ⁊ olibanũ Deinde ab igne deponatur: ⁊ tũ ster super lentos carbones: ꝓponantur res gumose. vȝ. galbanum: armoniacũ: cera: ⁊ galla: Postea iterum super ignē reponatur: ⁊ addantur vermes bene triti. Deinde gipsum. Postea bolum: deinde ab igne iteꝝ moueatur: ⁊ tunc humanũ cruorem impone: ⁊ cum spatula misceať ⁊ bene moueať: ne coaguletur: ⁊ est factuȝ. Cerotũ pro crepatis salutiferꝝ cōtinetur in libri pergulensis dica centesima trigesima septima. In altera facie.

De pruritu ⁊ intertrigine. caput. xxxj.

p Ruritus: ⁊ intertrigo: lȝ ex causis fiant quasi diuersis vtrũqȝ tamē vocabulũ excoriationē significat. Sȝ altera ex cōfricatiōe: altera fit ex sudore. In vtrāqȝ aũt remedia docet Bagellardus i sui libelli capitulo. xxij. De pruritu: aut pustullis: aut excoriatione accidentibus in coxis ⁊ cruribus ⁊ in toto corpore carta penultima ⁊ sequenti atqȝ Rasis in capitulo de pruritu: ⁊ vulnerib⁹ in coxis: ⁊ acumine vrine: ⁊ Plinius in libri historiae naturalis vigesimisecũdi calce capituli vigesimiprimi folio ducentesimo trigesimoquinto. Preterea in salubris libelli nostri capitulo de pruritu: ⁊ vulneribus i coxis ex acumine vrine icirco scilicet remedia continentur plurima notabilia. Jacobus interea de dundis Patauinus aggregator in sui de aggregatione operis folio excoriationi Et intertrigini itinerantium ex confricatiōe vel equitatione cōtrariantia memorat notabiliter eodēqȝ folio excoriatiōi cōtrariantia memorat ꝑpter scalpturam. Pruritui aũt cōtrariātia memorat folio. Ego mulieꝝ aliq̄s vidi farinā infantiũ subassellis Et coxis superponere aliquas lignoꝝ cariem prius scilicet leniter ⁊ bene tersis cũ siccis pānicellis acuminatiōibus.

De corporis colũnis. caput. xxxij.

c Rura sunt corporis colũnae voluntatis duces Timidoruȝ arma vtilia scilicet bellis auxilia. Si dextra negat Cruribus coxe sunt ac epistilia pedes ypostilia.

Puellorum alij sunt qui ante ambulant quam loquantur alij qui loquuntur priusquam ambulent et ij quidem sunt debiliores. Homo primum quadrupes ambulat postea tripes deinde bipes et si diu vixerit denuo tripes demum quadrupes nititur ambulare.

Unde versus.

Est quadrupes tripes bipes tripes quadrupesque
In terris animal. dic vbi repperiam.

Sed de huiusmodi gressibus nunc nequaquam est differendum. Infantem autem cum primum firmari coeperit manibus pedester aliquanto cum arrisu et plausu substenteretur. Postea cum se magis magisque stabilierit In pulpito locetur Ita vt se suis manibus digitulisque possit tenere. Cum autem iam firmatur oportet eum a tergo in faciem ducere Et vt pedes ad anterius moueat quasi ambulans cum pedibus stimulare. deinde alicuius scanni capiti est adherendus ad alterum autem est cibi vel rei quam cupiat aliquid ponendum Et si sic iam se bene firmauerit est dimittendus vt suapte ad cibum seu ludicrum quodpiam accedat. Tandem ad curriculum rotarum trium seu ad rotatum pulpitum est apponendus vel imponendus et vt se teneat admonendus atque per aliquot vices ne cadat tenendus. Postea cum iam casus parum vel nihil timebit Solus vt suapte eat se ad curriculum scilicet tenens vel dictum pulpitum est dimittendus. Interea que iccirco memorat Jacobus de dundis aggregator pueros scilicet citius ambulare facientia. In sui de aggregatione operis tractatu sexto folio ducentesimo quadragesimoquinto experientiae velim vadimonio comprobanda Et desunt obseruationes quibus ambulatio celleratur.

De reliquis vniuersalibus obseruantia et regimine circa corpus et animam discipuli iam bonis ominibus ac discipulae caput trigesimumtertium et vltimum est.

Asseret a salubri adeo erga liberos regimine parentum
m et nutricum vulgus aberrare vt ex fere adulta aetate motiua ad inmotam terribilem puerorum multitudo commi-

gret operepretium mihi nauandum velim vt eorum que noceant cōmuniter non int ellecta: prius deinde que auxilientur doctrina ꝓpagata cautiores fiant parētes Et nutrices: perindeqꝫ super/stites sint qui eoꝝ memoriam ⁊ nomina consanguinitatis cōmertio diutissime qđ vnū ne fiat quasi tempus repugnare nō potest seruēt incorrupta. Sciendum itaqꝫ primum est. ꝙ cum liberi incipiunt Et adbuc lactent: vinuꝫ nisi penitus ablactati fuerint eis nullo pacto debet exbiberi. Nam vinum in stomaco maxime nocet cum lacte mixtum balbutientibus qui cum inferius presertiꝫ labium ore includunt Et lambunt. Signum est nonnullius nisi sit nutrix ꝑcauta sinistri proxime futuri quare cum boc signum accidit diligenter a parentibus Et nutricibus debent custodiri Et quid sibi velit signum illud excogitari. In estate non fiat ablactatio: cum autem ratione qualitatis temporis seu ratione aetatis vel forsam alterius rei causa erit opus ablactare ministranda discipulis est caro pectoris pulli: teneri galinacei seu perdicis bene [illegible]cte: quā postqꝫ appetere coeperit. Mammarū eis suctio paulatim est minuenda ⁊ presertim per noctem suggere non permittantur. Coeterum si maxime repugnauerint: Mammarum ora absinthio liniantur: cuius amaritudine gustata: minus atqꝫ minus in dies appetent suctionem. Auicena naturale ablactandi inquit tempus est duorum annorum. Preterea de pueroruꝫ regimine in dieta: ⁊ moribus notabiliter Idem scripsit Auicena: quippe que valde parentes iuuabit non ignorare. Rursus Infen tertia primi libri notabile Idem auctor cudit capitulum de egritudinibus: que infantibus accidunt: ⁊ sequens de regimine infantium: qui mutantur ad aetatem pueritie. Gulielmus placentinus de Saleceto in eius operis: quod de summa conseruationis: ⁊ curationis appellatur primo libro capitulum primū cudit De conseruatione sanitatis a die conceptionis vsqꝫ ad vltimum vitae senij folio secundo. Rursus Idem auctor alterum librum totum scripsit de febribus: quo pro omnium generum febrium cura duco recurrendum.

Rasis In quarto Pueri inquit medicandi non sunt forti ventris solutione ꝛ coetera. De febribus autem auicena operam pstantissimam nauat in sui operis folijs tricentesimo quarto ꝛ pxie sequētib⁹ Jacobu⁹ de dūdis patauin⁹ aggregatori i sui ō aggregatiōe opis tractatu .v. folio ducētesimo trigesimo tertio egritudinib⁹ pueroꝝ cōtrariātia memorat notabiliter Rursus idē auctor: Infātib⁹ ꝯferētia memorat tractatu sexto: folio ducētesimo quadragesimo quīto: Sciēdū interea est nucis corticē: butiro implere ꝛ sup puelli ūbilicū locare ꝛ institis vincire multi esse causā Juuamenti: presertim si intestinis Infans affligitur nocumētis ¶ In puellorum febres. Recipe vermes terestes circa viginti: vnum rute manipulum: que purgata ꝛ mundata atqꝫ minutim icisa ipsa ruta: bulliant aliquantulum In oleo comuni: ex quo cuꝫ febris frig⁹ patiet puellus: Unge filū dorsi a collo vsqꝫ ad clunē ad ignem scilicet cum manu de orsum bene fricando ꝛ nunqꝫ sursum per plures vices. Item ex taxonis adipe vngantur febricitantes ꝛ sanabuntur. In idem: oculus cristi ad collum latus. iuuat. In febrem puellorum tertianam. Recipe masticem ciminū armoniacum aā: que bene trita simul incorporentur ꝛ cum albumine oui misceantur ꝛ super tempora ꝛ brachia ad cubita vsque emplastentur. Ineorumdem quottidianam. Recipe lini semen et lupinorum farinam ꝛ absintbium: que in vino billiant ꝛ super stomacum emplastentur ter vel quater tepida Infantis autem febricitantis frons: vngenda est lacte mulieris: vitis folio super posito ꝛ Alligato In febrilem sitim extinguendam. Recipe rosinarini flores Quos fac In aqua bullire In qua pone ʒucarum pulueriʒatum ꝛ vinum pomorum grannatorum ꝛ pastinacas in aqua fac bullire Quam deinde aquā febricitanti ministrabis ad bibendum sitis ēt p inde abigetur Si infantem egrotatio aggrediatur Cuius qualitas ignoretur. Corticem butyro Jmple Ut supra dictū est Itē scribe hunc psalmū videlicet. Dilexi: quoniā exaudiet me De⁹ vsqꝫ ad custodi oēs famulos ꝛ cetera ꝛ suffimiga cum musco ꝛ ligno aloes ꝛ liga ad brachiuꝫ hiberi dextꝝ si mas sinistꝝ si femīa. in idem Scribe hūc psalmum. vꝫ. Beati inmaculati in via ꝛ suffimiga cuꝫ mastice ꝛ liga similiter cū credulitate ad

brachium ſi mas dextrum: ſi femina ſiniſtrum: ⁊ ſanabit. Si de⁹ voluerit. vnus deus α ⁊ ω vna fides α ⁊ ω vnũ baptiſma α ⁊ ω De⁹ i nomie tuo ſaluũ me fac: ⁊ libera. And. famulum tuũ ab omni febre ⁊ nomia patiẽtem: ⁊ ſucceſſiue cum recta fide lege ad febres expellendas ſup patientem ſignando cum crucibus vt in libri pcioſi continetur dica quartadecia in qua experimenta ſucceſſiue quoqꝫ continẽtur in quottidianas febres. Item in omnes febres. Item contra febres quod pbatũ quidẽ eſt. Sequit̃ emplaſtrũ in febrẽ tertianam. Recipe ſandalloꝝ. al. ⁊ ru. ǒꝫ. ij. Roſe viol. añ. ǒꝫ. ij. farine ordei. ǒꝫ. iij. aloeſ. ǒꝫ. ij. cõfice cum ſucco ſolatri abſinthij: ⁊ aceti ⁊ pone ſuper epar.

q Ue ad corpus ptinẽt. Infantiae: ⁊ etati motiue ſcilicet peculiaria me iam vniuerſa puto memoraſſe. Age nũc de diſciplinabilitate qppe que eſt homini ppria ſcilicet in nimiũ adhuc etate tenera ⁊ ad eam pinde pleno: vt aiunt: vello nõdum idonea: nõnulla iccirco ſcilicet plibanda tractemus. Itaqꝫ cum diuinis pmũ celeſtibuſqꝫ caritibus pharmaceutica forſan ẽt mediante Jocundũ iam ⁊ exultantẽ homontionem noſtrũ viderim⁹ ptinus parentis animũ ad filij diſciplinabilitatem velim applicandũ. Quocirca Pithagoricus mos fuit: ac deinceps familiae ſucceſſionis eius: Recipiendi: iſtituendiqꝫ diſcipulos. In principio cum pueri ſeſe ad diſcendũ obtulerant eoꝝ ſtatim naturas moreſqꝫ coniectatione quadam oris ⁊ vult⁹ atqꝫ totius corporis phileo: habituqꝫ ſciſcitabatur: puerũqꝫ: q exploratus ab eo Idoneus fuerat recipi in diſciplinam qꝫpmũ iubebat: quapropter monuit plato vt inſpicerentur opera puerorum: ⁊ ad haec in ciuitatibus applicarentur affecti Ad que ſe ſe magis aptos exhibent in pueritia. Sic eniꝫ dixit perfectiora. In ciuitatibus haberi ſingula artificia Et aptius ordinari homineꝫ a legis latore: quãdo ſcilicet ad id iungitur cuius aptitudinẽ habet in natura. Siquidem Quintilianus inquit. Illud tamẽ in pmis Teſtãdũ eſt nihil precepta: atqꝫ artes valere niſi adiuuante natura. Ideo nature ſolertiſſimus Indagator Albertus. Siql attẽdat ſepe apparẽt iquit i pueris aptitudines morũ artificiorũ ⁊ negociorum que poſtea inadulta etate perfectius ab eis exerce

buntur. Quocirca haud incongrue dixit Loxus animae sedem esse in sanguine nō secūdum essentiam quidem. sed secundū operationem Et inclinationes affectuum eius. Spiritus enim qui vehicula sunt virtutū eius ex sanguinis generantur humore nec potest esse q vehctus non in multis sequatur motus sui vehctoris quippe que Sic apertius innuit Albertus alemanus dicens. Aspectus quidem est attendendus. Mellācolicos enim tristes Et graues dicimus: ac terribiles imagines habentes: et in ijs detineri ꝓpter sanguinis mellācolici grauitatē: et frigiditatem: ac horrorem. vnde imagines receptae efficiuntur horribiles. Sanguineum aūt ꝓpter sanguinis subtilitatem: et claritatē ac tēperatam caliditatem hoꝝ opposita videmus sentire. Collericū vero in iras facile mobilē et feruorē: et in ijs igneas formas videri ꝓpter sanguinis sui feruorē: et leuitatem ꝓpter qđ et ipsas passiones diffinimus ex sanguine q dicitur sedes animae: dicentes Qđ ira ē accensio sanguinis circa cor. Cum igitur mēbroꝝ figura: et habitudo generentur ex sanguine: et nutriantur: consequēs est: q ex ꝑpa habitudine mēbroꝝ aliqualiter cognoscantur inclinationes passionum: huiusmodi autem cognitio: siue scientia phisionōia a philosophis appellatur: quippe que moribus hominū: non necessitatem. Sed inclinationem imponit: quam tamē quilibet. Libero mediante arbitrio potest euitare. Phisionomiam Plinius. l. friuolam: et vanam putauerit nihilominus ego cum Aristotele: atq pluribus alijs viris amplissimis adeo ī causa esse diffinio vt neminem ad liberales artes: philosophiam presertim idoneum censeam nisi effigiei liberalia pariter liniamenta genesis: et primi precipui naturales affectus commendauerint. Nempe tam excellentem genium exigit disciplinarum Regina philosophia: de vera loquor: vt nisi omnimodo aetatis motiue iudicio acriter quidem examinaro acutissimeq discusso: neminem ad celestem philosophiam velim elligendum. Bone Deus: q futurę fuerant liberales artes comodiores: et perinde hominum vita beatior: nisi ab alienigenis ingenijs opprimerētur. Hinc vt puto est q Romanorum Imperator licinius litteras virus ac pestem publicam

appellabat: quippe Claudium: et Neronē romanos quoqꝫ pri-
cipes fuisse accepimus litteratos: quorum tamen prior vecor-
diae nobilis fuit: alter crudelitate atqꝫ omni scelerum genere con-
taminatus. Hinc est qꝫ Plato hominem mansuetum animal es-
se dicebat porro si cum natura foelici rectam quoqꝫ disciplinam
fuerit assecutus In diuinissimum: mansuetissimumqꝫ animal so-
let euadere. Sin vero non satis: aut non bene fuerit educatus fe-
rocissimum omnium: que in terris nascuntur animal redditur.
Quamobrem precipiebat diligenter Plato non debere legum
latorem Summopere necessariam pueritiae educationem post
ponere. Sed operam dare in primis Si rem hanc diligenter est
curaturus vt oīum ciuium ad officia queqꝫ: optimus vir elliga-
tur: elliganturqꝫ qui qꝫ maxime pro viribus educandis pueris
preponantur. Cum autem aetatis motiuae per phisionomiam
inclinationem coniectari volueris. Ante omnia considerandum
est. Si mas est de quo iudicium requiris: aut femina. Si mas est
vt Albertus quidem alemanus profitetur naturaliter vehemen
tis est impetus facilis odij liberalis apertus qui non facile hebe-
tatur vel circunuenitur re aliqua vel ingenio studiosus obnixus
magnanimus strenuus et reliqua huiusmodi videmus conueni-
re viris. Feminis e contra Misericordes timidas facile ceden-
des passionibus Laboris impatientes auaras subdolas Et mu
tabiles. Dextra Et sinistra deinde est attendenda. In feminis
namqꝫ dextra minor et maior est pars sinistra taꝫ in manibus qꝫ
in pedibus. In mare autem vt plurimuꝫ contraria omnia. Ma
ior pars dextra Minor vero sinistra. Siquis igitur mas pro-
prietatem in hoc feminae sortitus fuerit aut femina proprietateꝫ
maris certe signuꝫ est: qꝫ iactator est et mendax Sicut ipse partes
mendosum sibi sexum assumpserunt Et sic habemus primam et
generalem imspectionē. Unde siquis succedere ad specialem vo
luerit. Idcirco ipm cōsulat in ope de aīalibus Albertū alemanū
Aristotelē quoqꝫ Rasi Frācīscū asculēsem. Michaelē scotū at-
qꝫ in ope de hoīe Galeotū: q phisionomie qdē reꝫ a priscis nēpe

auctoribus dictã sic admiserũt: vt eam videant aliqua in ꝑte pre-
stantiorẽ reddidisse. Interea notandũ est: Illi qui per phisiono
miaʒ Iudicare voluerit vt nõ vnaʒ tantũ signorũ ĩtentionẽ. Sʒ
inquantũ valet ad ipsoꝝ aggerationẽ attendat: ⁊ si acciderit con-
trarietas: ipsoꝝ virtutes ac testimonia metiatur: Deinde iudicet
secũdũ plura ⁊ fortiora: Quocirca sciẽdũ ẽ faciei ⁊ ꝑcipue oculo
rum significationem omnibus alijs in fortitudine ⁊ firmitate pre-
stare. ꝓpterea nõ nullis oculorum que ad rem nostram pertinẽt
significationibꝰ declaratis reliqua ommitemus Oculi magni si
